Ad primū dico qz p hoc vult Aug. qz verā fidem in via habere possumus sine apta visioe. sed qz fides nō possit simul esse cū habitu scie mediante qz licz nō mediātē fide possit intellectus elicere clarā visionē. hoc nō habes p verba Aug. Ad secundū p; qz in patria nō meremur. Ad tertiū dicitū qz tā apls qz glo. loquūt de si de put ē in viatore 7 de facto. s; nō put ē in cōpbensoze vel etiā de possibili i viatore. qz vt supra patuit clara visio de potentia dei absoluta possz cōicari viatori. qz facto tal viator nō pteret de nccitate habitū fidei sic nec mō in patria. Ad qrtū dicit qdā qz euacuabit qrtū ad id qd ē imperfectōis. tū manet qrtū ad sbaz 7 pfectionē. Sed nisi aliud dicat. tunc nō apparet quō fides magis euacuaf qz caritas.

Ad 3

Ad auctōz

Ad 1

Ad 2

Ad 3

Ad 4

mō dicitur ad
 hūi p pōitū
 rationis vbi
 remi qz rem
 sic ē auroza
 lēna facit qz
 p accellum fidet
 rā: s; magis
 rā: qz minor nō
 clare 7 obicit
 nis sūt oppō
 positio. qd p
 dicitur i p p
 i. dicitur qz
 p p fectū hūi
 p p mōz p dē
 lē. 7 sic maior
 qz intellectus
 scientiā. qz et
 ia modo scie.
 non ē ad p
 sicut euadē
 uenit 7 sūt
 aut sic est de
 i. Ad oza
 ex parte fidi
 te se nō habet
 p auctō. et sic
 le tenet exp
 hēs fidē nō p
 uatē. 7 sic fā
 iō nō ē vera. qz
 meris etiā p p
 orat esse p fete
 p id qz nō in
 est fālia. qz al
 dicitur specie
 e ordinat; nou
 sis qz in causā
 nō ē fālia. am
 prima qz nō
 tā 7 un p fectū
 rōz. sicut idē
 am anō cō dē
 uitate cum h
 nū qd qz qm q
 nū qz est vō
 nō ē tēmi p p
 igitur. pūā sūt
 in p fectū. sicut
 dō tēmi dō
 7 causā. p p
 alia rō magis

Prologus

q: etiā ipsa caritas euacuat q̄tū ad imperfecti-
onē sibi annexā in via. puta q̄tū ad tepidita-
tem vel remissionē seruos. qz in patria erit
in pleno seruos. Dicendū est igit q̄ aliter
euacuat fides q̄ caritas. qz fides cessabit
q̄tū ad actū credendi. licet non q̄tū ad ha-
bitū. Sed caritas nec cessabit q̄tū ad actū
nec quantū ad habitum. Sed forte dices
q̄ frustra ponit talis habitus qui nunq̄ erit
in actu. Dico q̄ nō est frustra. qz ponet ad p-
fectionē ⁊ decorē ipsius aie. sicut etiā multa
ponent in corpe glorificato. nō ppter aliqua
opa. sed ppter decorē corpalē. sic etiā in ppo-
sito Omnis. n. habitus aie sancte ē quidā de-
cor aia beata erit decorata habitibz tempa-
rie ⁊ fortitudinis. nō tamē erūt opationes ta-
liū habitūū. qz anima beata nō habz materi-
am in quā agat fm tales habitus. sic in ppo-
sito. ergo ⁊c. Itē dato q̄ aliquo modo pos-
sumus i patria elicere actū creditiū median-
te fide. adhuc possumus saluare maiorē eua-
cuationē in patria quo ad fidē q̄ quo ad ca-
ritatē. qz fides euacuat q̄tū ad actus neces-
sitatē. nō autē caritas. Actus. n. fidei stante
clara visionē nō erit necessarius. actus autē
caritatis erit necessarius. qz sine eo impossibile
est esse hominē pfecte beatū. Sicut igit scien-
tia rez creataz in ppro genere manet in pa-
tria. ⁊ quantū ad actū ⁊ q̄tū ad habitū. q̄
act⁹ ille fm augustinū ē noticiā siue visio ve-
spertina. ⁊ tamē dicit ap̄ls. siue pphete cessa-
bit. siue sciētia destruet. attendēs q̄ hmōi sci-
entia destruet q̄tū ad necessitatē actus. q̄
ille actus nō est necessarius i patria: vbi cedē-
tes multo clarius vident i verbo siue in dimi-
na cēntia. q̄ in ppro genere. sic eodē mō di-
cere possumus de fidei euacuationē q̄ fiat q̄tū
ad necessitatē actus. nō autē q̄tū ad actus
vel habitū fm se sumptū. Dixi autē notan-
ter si liceret. qz illud pro nūc nō licet ponere p-
pter nouū statutū pape b̄ndicti. in quo d̄r q̄
visio diuine essentie eiusq̄ fructio actus fidei
⁊ sp̄s euacuant i beatis. prout fides ⁊ sp̄s pro-
prie theologice sunt virtutes.

Articul⁹ 3 **Quantum ad terci-**
um articulū. Utrum fides et opinio sint cō-
possibilia circa idē. trāseo. qz in isto secūdo ar-
ticulo satis tactus est quomō fides et opinio
possunt simul stare. Pōt etiā de hoc fieri men-
tio specialis i tercio libro. cū tractabz de habi-

tu intellectus.

Quantū ad quār Articul⁹ 4

tum articulū. quid sit obiectus adequatū in-
tellectus nri. Est breuiter aduertendū q̄ fm
duplicē capacitatē intellectus dupl'r loq̄ pos-
sumus de eius obiecto adeq̄to. Possum⁹ em̄
p̄siderare intellectū humanū fm suā capaci-
tatē naturalē p̄cisim ab omni dispositōne siue
influctia sup̄naturali. Alio mō fm suā poten-
tiā siue capacitatē obedientialē. puta q̄ntū si-
ne p̄tradictione intellect⁹ possit recipere deo in-
fluente et sup̄naturaliter coopante. Et fm h̄
duplex habebit obiectū adequatū. Si. n. su-
mit p̄mo mō. tūc dico q̄ eius obiectū ade-
quatū ē ens fantasiabile mediate vel immedi-
ate. Et appello ens fantasiabile immediate qd̄
pp̄ue cadit sub falsitate. S; mediate cui⁹
cognitio argumēti vel illatiue vel q̄cunq̄ alio
modo reducibilis ē ex falsitate siue ex no-
ticia eius qd̄ pp̄ue cadit sub falsitate. Si
autē capacitas intellect⁹ sumit scdo mō. tūc di-
co q̄ eius obiectū adequatū ē ens inq̄tū ens
siue ens vniuersaliter sumptū p̄hendēs cre-
aturā ⁊ creatorē. creatū ⁊ creabile. Conclu-
sionē primā p̄bo sic. Illud ē nostri intellect⁹
fm suā capacitatē naturalē obiectū adequa-
tū. qd̄ omne id claudit ⁊ p̄hendit infra am-
bitū siue p̄tinentiē. qd̄ intellectus naturaliter
pōt cognoscere. ⁊ nihil tamē p̄hendit i cui⁹
noticiā naturaliter intellectus nō possit deue-
nire. Sed ens fantasiabile tā mediate q̄ im-
mediate ē hmōi. q̄ ⁊c. Maior patet. qz inter
adeq̄ta nec debz eē excedēs nec excessū. Mi-
norē p̄bo. qz nihil ē i intellectu q̄n prius fue-
rit i sensu. qd̄ ē v̄z vel mediate vel immedia-
te. q̄ omne qd̄ intelligit natural'r loquēdo: op-
tet q̄ aliquo mō sit fantasiabile. Omne etiā ta-
le ē ab intellectu nro cognoscibile. vt patz. iij.
de aia. Sedam p̄clusionē p̄bo sic. Illud ē
obiectū adequatū nostri intellectus fm suaz
ap̄titudinē seu capacitatē obedientialē respe-
ctu diuine potētie. qd̄ omne id ambit ⁊ p̄pre-
hendit qd̄ deus pōt nostro intellectui reuelare.
⁊ qd̄ mediate diuina potētia nri intellectus
pōt cognoscere. sed ens inq̄tū ens est hmōi.
q̄ ⁊c. Maior nota ex sup̄iori declaratōe. Mi-
norēz p̄bo. qz deus seipm pōt reuelare intelle-
ctui. vt patuit sup̄. ⁊ etiā fide tenem⁹. q̄ ml-
to magis qd̄cunq̄ aliud ens creatū vl' creabi-
le deus sibi poterit reuelare. Etiā ipse intelle-
ct⁹ ē i potētia obedientiali ad cognoscendū deū

p essentia. vt pz ex pdictis. g multo magis erit in tali potetia respectu omis entis ta creati qz creabilis. Sz forte dicit q ego dictis sup uis tradica. qz in pma questioe dixi q deus non pot esse subiectu in theologia nostra sub rone absolnta siue infinita. quia als nra scien na equaret scie dei. quia sub rone infinita oia comphenderent. puta deus z creatura. creatu et creabile. hic aut illd pono. ergo tradico Rñdeo duplr. Uno modo sic. qz intellectuz bñm posse scire omia duplr pot itelligi. Uno mo sil z semel. z illo mo fuit negatu sup? xcu esse subiectu scieie create sub infinita z abso luta ratione veritatis. qz quicumqz intellectus pprehedit pfecte illa abyssale ratione veritat. ille cognoscit omia simul. cu ergo beati saltez intuitiue pphendant ratione subiecti theolo gie. z p sequez pfecte ipsi omia simul cogno scerent. et sic equarent deo. Alio mo possum? dicere intellectu obedieter posse scire omia no simul sed vnūquodqz p se licet deus p sua vo luntate voluerit reuelare. z illo modo hic po no. ne hoc pcedentibus in aliquo tradicat.

Secdo possuz dicere q loquedo de lege co muni. ipsa creabilia cuz dependeat a mera dei libertate no cognoscunt ab aliquo in intellectu creato. sed ipso deo reuelate omia talia ab in tellectu nostro sunt cognoscibilia. z si no oia simul. vnūquodqz tm p se. Primo mo debent intelligi dicta in pma questioe illius plogi. Secdo modo debet intelligi illa hic immedia te posita. Et sic pz quo intelligeda est pma ra tio pñcipalis istius qstiois. Ad argumē tū in? trariū dicendū q maior ē vera. sed mi nor est falsa. sumēdo cognitionē pñse sine di lectōe sine qua nullus pot esse btus. qz visio non ē beatifica absqz p placētia volūtatis con currite vel in se vel in suo equipollenti.

Horum igitur deo odibile zc. Postqz mgr ostē dit opis sui difficultatē q reddit nos attētos. in illa pre ostendit hui? scie ordi nabilitatē. qua reddit nos doctores z studio fos. Et diuidit in duas pres. Nā pmo ostē dit pcellum istius scie esse debite ordinatum. Secdo reducit lectorē ad caploz ordinariuz ibi. vt aut qd querit. Pma i duas. Quia p mo innuit modi sui pcedēdi ordinatōz. Se cūdo quia null? ita ordiari pcedit qñ deficere possit. iō mgr desiderat legētū correctōz. Se cūda ibi. In h aut tractatu. Pñia diuidit in

tres pres. qz pmo q ad iā dicta pmittit suā in tētōz. Secdo adiūgit dictoz epilogatōz. Et tercio ex pdictis infert vnā rōnabile conclusōz. Secda ibi. In q dñice. Tercia ibi. Non igit dz hic labor. Quātū ad primū ē aduertēdū qz inordinatio i aliqua scia qñqz ex qttu or ptingit. Pñio si i hmoi scia falsitas nō im pugnat. Secdo si veritas non pmedat. Ter cio si assumit dubiū qd sufficiēter nō pbatur Quarto si pñū suaz distinctio debite nō assi gnat. Ergo p oppositū mgr volēs oñdere sci entia libri suaz fore nobiliter ordinatā qttu or facit. Primo nāqz ostēdit q p ipaz falsitas impugnat. Secdo qz in ipsa veritas exaltat. Tercio qz testimonijs veritatis sufficiēter ro borat. Quarto qz pñū suaz distinctio debite as signat. Secda ibi. z lucernā pñtat? Tercia ibi ex tēstionijs pñtat. Quarta ibi. i qttuor libri distinctū. Circa finē illius plogi quero.

Vtrū sacre scripture scia pprie dicat af sectua. Et videt q non. qz nulla scia cū sit habit? intellectualis ē teno mināda ab actu volūtatis. sz affectio ē act? vo lūtatis. g zc. Cōtra. illa scia pprie dz affe ctua q nō solū plustrat intellectu. sz p se z p prie afficit z dlectat affectū. theologia ē hmoi g zc. In illa qōne qttuor sūt vidēda. Pñio vidēdū ē a quo scia pprie sit teno ianda. Se cūdo dato q ex fine. vidēdū ē qō sit pprie fi nis theologie. Tercio vidēdū ē id qd qō qrit Et qrtō tollēda sunt qdā motua diuersaruz opinionū. que veritati dicēde i tercio articlo vident obuiare.

Quantum ad pri mū a q scia sit pprie teno ianda. Dicit qdā q scia ab obiecto pprie dz teno iari qz ab illo de bet habitus pprie teno iari a quo p se tra hit spēm z entitatē. sz hit? p se specificat p ob iecta. g. maior pz. P id qd sic se habet qz p ipm habit? ab omibz alijs distiguit ab illo de no iat. sed p obiecta siue p subiecta habit? di stinguunt. g. maior pz. qz ab eodē dz eē disti ctio z teno iatō. minor pz. ij. de ania. vbi dr q potēte distinguunt p act? z act? p obiecta. cū habit? causent ex actibz. sequit q p mordialr distinguāt ex obiectis. Itē. ij. d ania dz q secant scie queam dmodū z res de quibz sunt. Sed illud nō valet. qz si scie pprie teno minarent ab obiectis. tunc impossibile erit de eodē obiecto sil eē diuersas scias. qz vna sim plr noiaret pñtica. z alia simplr spectatiua.

Articul? 1 Scotus.

Cōtra sco tum.

ad quat... Instantia... Ad argu mentuz in trarium.

Prologus

Opi. ppa

sed nōs ē falsum. ḡ rāns. nōtia pz. pto falsi/ sitatē nōtis. qz de eisdē virtutibz de quibz hō hz sciam q vere r simplr dicit practica. habet angelus sciam quevere r simplr dicit speculatiua Dico ḡ cū pto q a fine dz fieri hmoi denominatio. Phus. n. ij. methaphice r. vi. volens pbare q prima phia sit simplr speculatiua siue denominari debeat speculatiua. vti h medio. q finis speculatiue ē veritas. practice ḡo opus. sup q verbo ait pmetator. q pmo Aristo. hic ē manifest. sed planū ē q si magi pprie sciētia diceret practica vel speculatiua ab obiecto qz a fine. q sermo Arist. nō ēēt manifest. qz talis pbatio nō ēēt p cām ppriam

2 P si scia non denominaret a fine. tūc eadē sciētia nō possz dici practica r speculatiua fm qd ab alio r ali oficiente in aliū r in aliū finem referret. Sed psequens est falsum. qz etiā illi qui sūt de pma opinione habēt dicere. q si qz de opabili non intēderet nisi cognoscere. eius sciētia qzuis esset de opabili tūc ēēt speculatiua r ecōuerso si de speculabili non intēderet nisi opus aut vtilitatē. et scia esset practica. P qncunqz due cause pcurrūt ad eundē effectū. quaz vna dependet ab alia r non econuerso. magis debet effectus denoiari a causa non dependēte qz a cā dependēte. maxime qn cā in dependēs nō est minus specialis r determinata siue ppria cā qz dependēs. quod addo ad excludendū cauillatōes q possent fieri de deo. de sole. r ceteris causis vlibus. sed obiectū ppriū r finis pprius sic pcurrunt ad causandū habitū q in tali causatiōe obiectū dependet a fine r nō econuerso. ḡ rē. Maior pz. pto minorē. qz obiectū causat vt efficiēs. r p nōs dependet a bonitate finis a q mouet efficiēs. ppter qd dr. ij. phicoz. q finis ē cā cāz. r idem pz. ij. metha. P. ij. de aīa ponit Aristor. ex pte q speculatiuus differt a practico fine.

3 P etiā ipm obiectuz denoiat a fine. qz ex h obiectū dicit speculabile. qz finis ipm est ipm speculari. ḡ etiā ipse habitus pncipalr denoiat a fine P eadē sanitas potest p considerari a naturali pto r a medico. r tū in intellectu naturalis phi qz intendit solaz speculationē tal sciētia denominat speculatiua. et in intellectu medici quia intendit opari dicit practica.

4 P ab illa causa pncipalius r magis p se debet habitus denoiari. a cuius causalitate nullatenus pōt absolui qz ab ea a q absolui p fine qliter p dicitōe. s; ab obiecto p absolui r nō a fine. ḡ rē. Maior nota. pto minorē. qz deus p rōez ydeale pōt creare sciētia r suppleat cau

salitatē obiecti cū sit de genere cause efficiētis. r tamē nō potest sciētia absolui ab intentione finis. quia si nō intenderet speculationē. tūc nō esset speculatiua. si nō opus tūc nō esset practica. Nec obstat si dicit q qzuis p deum possit absolui ab obiecto vt habet rationē efficiētis. nō tamen vt habet rationē terminātis. sicut. n. nō esset speculatiua nisi intenderet speculationē. sic nō ēēt speculatiua nisi terminaret ad obiectū speculabile Nō valet. qz habitus fm totā suā entitatē persistit termino. nec obiectū ē cā habitus fm q terminat. ḡ a tota cālitatē obiecti habitus pōt absolui

5 P qd fm sui exigentiā determinat oēs alias eās ab illo pncipalr dz fieri denoiatio. sed finis ē hmoi. ḡ rē. Maior nota. minorē ponit lino. i. posterior dz. q fm exigentiā finis cetera habēt moderari r mensurari. Et si qn qz inueniunt aliquē auctoritates sonātes in oppositū. omēs sic debēt intelligi q licet aliq mō scie distinguant r denoiēt ab obiectis. p le tū r pncipalr h fieri dz a fine. forte dicēs quō fiet illa denoiatio a fine. qz aut finis cā p dicitā diffinitionē r denoiatio ē vt acqstus. vel vt cognit. vel vt intētus. Nō pmo mō. qz sic ē posterior habitu. posteriū aut nō ē cā prioris. Nec scdo mō. qz tūc sequit oppositū ei qd intēdis. qz finis vt cognitus habet rōem obiecti. r sic denoiatio fieret ab obiecto. Nec tercio mō. qz vt ē intētus nō dum est. et p nōs nullam causalitatē hēre potest. Dic possit dici q diffinitio hec ē insufficientis. qz nec sic nec sic. sed finis ē cā illi diffinitōis r denoiatiois inqstū determinat obiectū ad causandū habitū iuxta exigentiā ipsius finis.

6 Itey dicēs quō determinabit cū nō dū sit Clez est q hic est difficultas singularis quā dno concedente circa pncipiū secūdi diffinitōis intēdo ptractare. Quātū tamen ad pns dico breuiter me expediendo. q qzuis ille finis qui dicit determinare obiectū. non sit extra intellectū. est tamē alius finis fm cuius exigentiā desiderū istius finis in nobis determinat. q determinatōe facta r terminat obiectū ad candū hitū q mediāte talē finē seq poterim. s; bi gra. Dato. n. q nō sit speculatio q ē finis scie speculatiue. ē tū ipē hō tanqz finis pncipalior fm exigentiā determinat in nob qlis debet esse speculatio. r p nōs qle obiectū speculabile pncipiās hmoi habitū p quē talē finē psequimur Possz etiā dici ad illd argumētū q finis inqstū intentus ē. ē causa p dicitē denoiatiois r diffinitōis. Et ad pbatoz. dicit

Instantia

Solutio.

Instantia

Solutio

Instantia

Alia sol.

Ad 1 sicut iā dictū est. Ad p̄mū igr̄ in d̄m d̄m q̄ maior ē vera fm̄ q̄ trahit sp̄m̄ t̄entitatez. Et ad minozē dico q̄ obiectū nec habitū nec actū specificat nisi i ordine ad finē. si. n. obiectū abiolueret a calitate finis. tūc nec actū nec habitū specificar̄. int̄m. n. specificat in q̄stū mo/ uet a fine. r̄ qz p̄pter qd̄ vnū qd̄qz tale r̄ illud magis. igr̄ illa rō magis arguit oppositū illi us qd̄ intēdebat q̄z p̄positū. Et p̄ idē p̄z ad alia duo. qz sicut lignū nō diceretur album a pictore vel albificāte. daro q̄ ab ipso pictore causaret albedo. sed d̄r̄ albus ipsa albedine. sic scientia nō debet dici speculatiua ab ipso obiecto sed ab ipsa speculatione. r̄ eodē mō dicens dū ē r̄e finibz aliaz sc̄iarum.

Ad 2 25

Et p̄ idē p̄z ad alia duo. qz sicut lignū nō diceretur album a pictore vel albificāte. daro q̄ ab ipso pictore causaret albedo. sed d̄r̄ albus ipsa albedine. sic scientia nō debet dici speculatiua ab ipso obiecto sed ab ipsa speculatione. r̄ eodē mō dicens dū ē r̄e finibz aliaz sc̄iarum.

Articul⁹ 2

Quantum ad secundum articulum. q̄s sit p̄p̄ue finis theologie.

1 dū articulū. q̄s sit p̄p̄ue finis theologie. Dicendū q̄ dilectio rei siue affectio est p̄p̄ius finis nostre theologie. qz oīa q̄ se cōsiderant i theologia n̄ra. vel sunt vrbilia vel fruibilia. sed hec om̄ia vel sunt amabilia. vel sunt diligibilia. ergo dilectio in tota sacra scriptura intēdit tanq̄s finis. P̄ ad hoc est nobis cōmunicata scriptura sacra vt nos sp̄ialiter cōiungat deo. ergo maxime r̄ finaliter id in rēdit theologia p̄ quod maxime r̄ intime vnimur deo. sed hoc ē rei dilectio. ergo r̄c. Maior p̄z p̄ doctores. minor p̄bat. qz om̄is cōiunctio creature rationalis ad deū ē p̄ intellectū vel p̄ voluntatē. sed p̄fectius vnimur deo p̄ voluntatē q̄z p̄ intellectū. nō. n. est status in apphensiōe intellectus nisi cū fuerit quies in affectio ne volūtatis. r̄ quicqd̄ sit in patria saltem. in via intimus diligimus q̄z intelligamus. q̄a intrat amor vbi foris stat sciētia. vt ait Hugo super angelica hierar. vi. ca. P̄ id est p̄ se finis theologie p̄ quod p̄ se r̄ imediate ad eter/nam beatitudinē ordinamur. sed h̄ est rei dilectio. q̄ r̄c. Maior p̄z p̄ b. Aug. xiiij. de tri. c. i. vbi vult q̄ nō omnia q̄ sciri p̄nt huic sciētie attribuēda sunt. sed solumō ea quibus fines saluberrima q̄ ad verā beatitudinē ducit. gignit. nutrit. defendit r̄ roborat. Minor p̄z p̄ aplm. i. ad Cor. xiiij. qz vt ibi p̄z. nec speculatio nec opatio sed sola caritas valet p̄ se ad beatitudinē cōsequendā. oīa autē alia median te caritate valēt. r̄ sine ipsa nihil nobis p̄sūt. Un̄ q̄stū ad speculationē ait ibi apls. Si habuero p̄phetiā r̄ nouerim mysteria omnia r̄ omnē sciām. r̄ habuero omnē fidē ita vt montes transferā. caritatē nō habeam nihil sum.

Quantū ad opationē ait ibidē. Si distribuero omnes facultates meas paup̄ibus. r̄ tradidero corpus meū ita vt ardeā. caritatē autē nō habuero nihil mihi p̄dest. P̄ q̄uis ali qua sciētia habeat plures fines. ille tamen est eius p̄ncipalis ad quē omnes aliq̄ fines ordinant. sed h̄mōi ē charitas i nostra theologia q̄ r̄c. Maior p̄z. minor p̄bo. qz licet in aliq̄ pte ita intendat speculatio q̄ nō intendit opatio. r̄ in alia pte econuerso ita intendat opatio q̄ nō speculatio. vndiqz tñ intendit dilectio. ita q̄ r̄az speculatio q̄z opatio ordinatur ad hunc finē qui est dilectio siue affectio.

Propter qd̄ ait Grego. sup̄ Ezech. omel. xxi. q̄ nullus est locus sacre scripture qui ita frigidus appareat quo ad sensum l̄ralem. si tamen pulset p̄ sensum sp̄ialem qui nō apparet ignitus. Et idē p̄z p̄ b̄m̄ Aug. in d̄lau de caritatis. vbi post multa dicta ad illud p̄positū cōcludit sic. Si igr̄ nō vacat omnes sacras paginas p̄scrutari. om̄ia inuolura sermonū euoluere. oīa secreta scripturarū apire r̄ penetrare. ten e caritatē. r̄ ita tenebis quod ibi didicisti. tenebis etiā quod non didicisti. in eo quod i scripturis intelligis caritas patz. in eo qd̄ nō intelligis caritas latet. Et sequit̄ ibidē. Ille igr̄ tenet r̄ quod patet r̄ qd̄ latet in diuinis sermonibus qui caritatē seruat in moribus. P̄. i. de doctrina xp̄iana ait aug. Omniū igr̄ que p̄dicta sunt ex quo de rebus tractauimus hec summa ē vt intelligat legis omniūqz diuinaz scripturarū plenitudo. et finis esse dilectio rei qua fruendū est. r̄ rei que nobis eā re frui p̄t. Itē apls. i. ad Thy mo. p. ait. Finis p̄cepti est charitas. Item summus doctor theologie d̄ns ihs christus Matth. xxij. ait. In his duobus mandatis totalē pendet r̄ p̄phete. Et loquit̄ de mādāris dilectionis rei r̄ p̄xiimi. q̄ r̄c. Cōtra itaz dictā veritatē multi multipliciter arguūt. alii qui directe. alii qui indirecte. Directe sic. Si dilectio eēt finis theologie. vl̄ esset finis intrinsecus vel extrinsecus. Nō intrinsecus. q̄a finis intrinsec⁹ cuiuslibet habit⁹ ē opatio elicita fm̄ illū habitū. sed actus dilectiois nō elicita a theologia sed ab habitu caritatis. Nec extrinsecus. qz a fine extrinsec⁹ habitus denotatur sicut sc̄ia medicine dicit̄ sanatiua a sanitate. sed theologia vt ipsi p̄bant nō denotatur ab amore. qz sic se habet actus ad actū sicut obiectū ad obiectū. sed obiectū vn̄ potētie nō denotatur ab alteri⁹ potētie nisi p̄ accidēs. sicut albū dicit̄ dulce p̄ accidēs. q̄ nec actus

Contra

Prologus

vnius potentie denominabit actū. nec p cōse
 quens habitū alterius potētie. cū igit dilectō
 sit volūtatis. theologia autē ipsius intellect⁹
 2 g̃ rē. P̃ habitū specie differentiū nec pōt
 esse vnus finis p̃prius r̃ p̃ se. q̃uis eorūz pos
 sit esse vnus finis p̃mūnis. sed theologia r̃ ca
 ritas specie differūt. ergo dilectio cū sit p̃pri⁹
 finis caritatis nō potest eē p̃prius theologie
 3 P̃ finis cōis ois scie nō est p̃prius theolo
 gie. sed dilectio est finis omnis scientie tā spe
 culatiue q̃s p̃actice. De speculatiuis patet. qz
 finis speculatiue ē felicitas. vt reduct. r̃. ethi
 coz. que quidē felicitas cōsistit nō solū in spe
 culatiue. sed etiā in delectatione. r̃ p̃ p̃leq̃ns
 in amore r̃ dilectōe. Juxta qd̃ dicit eodē. iij.
 Dabet aut̃ p̃hia amirabiles delectatiōes sin
 ceritate. firmitate r̃ puritate. sed delectatio vi
 det esse finis cuiuslibet op̃atiōis quā p̃lequit.
 De p̃actice s̃it p̃z. qz tota scia moral̃ ad hūc
 finē videt ordinari vt affectus hominis debite
 dirigat. r̃ vnūquodqz rōnabiliter apperatur
 Omnis aut̃ appetitus amor quidā est. sic ait
 Aug. xiiij. de ciui. dei. ergo r̃ p̃actica ordinat
 ad amorem. P̃ impossibile est p̃priū finēz
 4 alicuius habitus inesse nō habenti talē habi
 tum. impossibile. n. est q̃ aliquis sit felix qui
 caret virtute. s̃z multi habēt caritatē r̃ dilecti
 5 onē carētes habitu theologie. g̃ rē. P̃ nul
 lus habitus p̃fecte pōt alicui inesse q̃ caret p̃
 prio sine illius habitus. sed aliq̃s carens dile
 ctione possit scire theologia viatoris r̃ nō mī
 nus p̃fecte q̃s etiā vnus qui habet habitū ca
 6 ritatis. g̃ rē. P̃ p̃prius finis vnus cuiusqz
 habit⁹ ē p̃pri⁹ ac⁹ elicit⁹ fm̃ illū habitū. s̃z ha
 bit⁹ theologie nō elicit actum dilectōis. g̃ rē.
 maior p̃z p̃ mētatorē. ix. meth. vbi sic ait. en
 tria veniūt in h̃ q̃ p̃plemētū r̃ p̃fectō cuiusli
 bet h̃it⁹ r̃ potētie p̃sistit i actu p̃prio tāq̃ i sine
 r̃ idē mētator. ij. celi r̃ mōi ait. q̃ omē habēs
 7 actionē agit p̃pter suam actionē. P̃ si dile
 ctio esset finis theologie. deus nō eēt s̃biectuz
 in ea sub rōne deitatis. p̃ns est falsum. g̃ ãns.
 p̃ntia p̃z. qz cū rō s̃biecti sumat in ordine ad
 finē. si dilectio esset finis theologie. tūc ei⁹ sub
 iectuz nō possit esse deus vt deus. sed deus vt
 dilectus vel diligibilis. modus. n. considerā
 di s̃biectū non excedit p̃priū finem. falsita
 tem p̃sequētis p̃bant multis ratiōibz quas
 obmitto. qz sup̃ius eas adduxi cum tractau
 de s̃biecto istius sciētie. Sed illa nō ifrin
 gunt sup̃radictā veritatē. qz id quo potissime
 r̃ p̃fectissime attingit obiectū cuiuscunqz ha
 bitus. videt esse finis su⁹ p̃ se r̃ p̃prius. s̃z di

lectione obiectū theologie attingit potissime
 r̃ p̃fectissime. g̃ rē. Maior p̃z. qz in hoc stare
 videt p̃fectio finalis cuiuscunqz habit⁹. q̃ suū
 obiectū p̃fectissime attingat. Propter h̃. n. spe
 culatio ē finis speculatiue scie. qz speculabile vt
 speculabile qd̃ ē suū p̃priū s̃biectū potissime
 attingit ipa speculatiōe. S̃z minore intēdo p̃
 bare i p̃ma di. p̃mi libri. r̃ circa finē q̃rti libri
 igit ad p̃ns ipsā subpono. Ad p̃mū igit di
 cendū q̃ ē finis extrinsec⁹. Ad p̃batōem dico
 q̃ nō solū denotat habit⁹ ab actu quem elicit:
 sed etiā ab actu ad quem p̃ se ordinat. Et iō
 nō est simile de obiecto ad obiectū sicut de ha
 bitu ad habitū. nisi accipiant talia obiecta q̃
 rum vnū p̃ se ordinat ad aliud. nūc autē licet
 theologia actum amoris nō eliciat p̃ se. tamē
 intendit amorem. r̃ p̃ se in ipsū ordinat. Ad
 secundū dicendū q̃ duplex est modus ip̃i⁹
 finis. qz vno mō dicit finis quo. r̃ ille ē intrin
 secus. r̃ illo modo finis habitus est actus ab
 eo immediate elicitus. Alio modo dicit finis
 cuius. r̃ ille ē extrinsecus. puta id gratia cui⁹
 agens agit. siue id quod p̃ actionē suā agens
 p̃lequit p̃ponit. Ad maiorē g̃ dicendū q̃ vera
 est loquēdo de sine fm̃ eundē modū finis. s̃z
 fm̃ aliū r̃ aliū modū nihil repugnat q̃ñ idēz
 possit esse finis p̃prius habitū specie differē
 tiū. r̃ sic est in p̃posito. qz idē actus dilectōis
 qui est finis caritatis quo r̃ intrinsecus. est fi
 nis theologie cui⁹ r̃ extrinsec⁹. Hanc disticti
 onē finis quo r̃ cui⁹ possimus colligere ex di
 ctis Aristo. in. iij. de ania. r̃. ij. phicoz. Ad
 3 tertiū dicendū ad maiorē. q̃ idē eodē mō sum
 ptū nō potest esse cōis finis omnis scie r̃ p̃pri
 us vnus. r̃ sub hoc sensu minor possit nega
 ri. ñ p̃pter p̃batiōes est aduertēdū q̃ delecta
 tio p̃lequit cognitiōē ē duplex. Una q̃ cog
 noscens aliquā rē delectat in ipsa cognitiōe.
 sicut cognoscens triangulū delectat in cogni
 tione trianguli. Alia qua delectat in re ipsa co
 gnita fm̃ se. r̃ nō solū ratione cognitiōis. Pri
 ma delectatio nō habet rōnem finis nisi inq̃
 tum sibi adiungit scda. sed scda q̃ñqz h̃z rōez
 finis etiā respectu speculatiōis. p̃pter hoc em̃
 q̃ñqz speculamur. qz in ipsa re speculata dele
 ctamur. Igit p̃ma nō denotat sciaz. nec tra
 hit ipsam extra genus speculatiōis. S̃z scda
 cū sit finis scie pōt sciam denotare. Prima
 pōt repiri in omi cognitiōe q̃ntūlibet specula
 tiua. sed scda p̃ncipal̃ r̃ p̃ se sola theologia.
 Et eodē mō q̃ ad h̃ dicendū ē de dilectōe sicut
 de delectatiōe. Et cū addit de felicitate. dico q̃
 felicitas speculans vt speculās est cōsistit in

Solutio.
Ad 1

Ad 2

Ad 3

Contrasta

Questio III

ipsa speculatione magis proprie in re speculata...

Ad secundam probationem possit dici quod moralis philosophia...

Instantia

Solutio

Instantia

Solutio

Ad 4 et 5

Ad 6

Ad 7

Contra in directe sic.

ctis aliquorum arguit contra predictam veritatem in directe sic. Fides et theologia sunt essentialiter unus habitus...

Philosophus vi. ethicorum enumerat hos habitus intellectuales. scilicet intellectum scientiam sapientiam...

Philosophus in libro de divinis nominibus dicit quod theologia est habitus principiorum...

Contra ista

Marginal notes on the left side of the page, including phrases like 'in hoc libro' and 'per hunc'.

Prologus

realr differunt. quoz vnus realr pot esse altero
 no exite. sed multi nescientes theologiam vera
 2 habent fide. g. r. Aliud est habere fidez
 aliud e reddere ratione de fide. sed habitu the
 ologico reddimus ratione de fide. qz vt dicit
 i. Petri. iij. Omni poscenti debemus reddere
 3 ratione de ea q in nobis est fide. P habit
 qui respiciunt idē obiectū sub alia tñ rōe for
 mali differunt realr. sed fides r theologiam sunt
 hmoi. g. r. Maior nota e. pto minor. quia
 fm oēs deus ē subiectū fidei sub rōne pme ve
 ritatis. sed in theologiam subijctū sub rōne veri
 4 diligit. vt supius est pbatū. P illi ha
 bitus differunt realiter qui ex sua rōne forma
 li habēt aliū r aliū modum tendendi in sua p
 se cōsiderata. sed fides r theologiam sūt hmoi.
 quia p fidem intendimus in quodlibet credi
 bilū siue in quolibet articuloz p se. ita q non
 resoluim vnu mediāte alio in pma veritate.
 sed p theologiam vnā veritatē etiā sillogistice
 5 deducim mediāte alia. P illi habitus realit
 differunt q hnt modos generatōis formaliter
 diuersos. s. theologiam r fides sūt hmoi. g. r.
 Maior p. p. mētor. i. r. meth. mior ē no
 ta. qz fides vera cū sit pms infusa nō poterit
 hri nisi p dei influētiā spālē. theologiam at sup
 posita fide p hri p doctrinā r humanā inqsi
 tionē assistere sola dei influētiā generali
 Ad 1 pter hec igit motiua nego anō supius intro
 ductū. Ad pma igit pbatōz dicēdū ad maio
 rē q siluūdo fidei ad prudētiā i h d. attendi.
 q sicut in moralibz pter ipsā prudētiā anne
 ram pntibus pactice dirigētē in agibilibz
 est dare habitū libri ethicoz q scientifice tra
 dit noticiā agibiliū. sic in supnaturalibz pter
 fidē connexā caritati inclinantē ad assentien
 dū his q credere debemus ē dare habitū theo
 logie q scientifice vel qsi scientifice tradit notici
 am eoz q credenda sunt. vel saltē eoz q ex cre
 dēdis sillogistice deducūt. cū g scia libri ethi
 coz sit habitus distinctus a prudētiā. p. q ratio
 Ad 2 magis arguit oppositū q ppositū. Ad scd
 paruit supius in qōe. ij. quō theologiam pprie
 pot dici sapiētiā r sciētiā aliquo mō. Ad pro
 batōne dico q phs nō intendit p hoc dicere
 q sapiētiā sit intellectus vel sciētiā realiter. s.
 q habeat aliquā similitudinē cū vtroq. r tal
 aliqualis siluūdo etiā i theologiam respectu in
 tellectus r scie d. facili poterit repin. cōicat. n.
 cū intellectus in eo q p. siderat pma principia.
 r cū scia in eo q ex principijs deducit sillogi
 Ad 3 stice suas p. clusiones. Ad terciū dicēdū
 q minor ē fallā. Ad pbatōem dico q obicū

ritas nō est de rōne formali fidei. sicut declara
 tū ē supius. ij. qōne. Et miro: q tot docto
 fundāt se in illa rōne. cum ipsi negare nō pos
 sint quin lumen fidei sit aliqua picipatio lu
 cis spūalis. Sicut g tenebra corpālis nulla
 tenus esse potest de formali rōne lucis corpa
 lis quātrūlibet remisse. dū tñ naturā lucis vel
 lumis in se habeat. sic illud enigma vel tene
 bra spūalis nō poterit esse de rōne formali fi
 dei. cū ipsa fides vel eēntialiter sit lumē vel ne
 cessario sit annexa lumi. Et eodē mō tale eni
 gma nō est de ratione theologice. qz sicut ipos
 sibile est aliquā formā absolutā aduenire ma
 terie qn sibi tribuat aliquā actualitatē. cū oīs
 talis forma sit quedaz picipatio pmi actus.
 sic im possibile ē aliquē habitū veridicū inesse
 nro intellectui qn sibi tribuat aliquā noticiā.
 cū sit quedā picipatio pime veritatē. r p cō
 sequens obscuritas siue tenebra de sua forma
 li rōne esse nō potest. cū igit tam fides qz the
 ologia sit habitus intellectualis r vendici. g. r.
 Ad quartū dicēdū q fides cū sit pms a
 deo supnaturaliter infusa pot ē dignitate ha
 bitu theologice r oi pte acq. s. ita. Ad pbatōz
 dico q nō ppter h. itur ad ignobiliū. quia nō
 itur de fide ad theologiam. ita q fides p datur
 cū theologiam acquirē. Sicut igit ait phs. i.
 ethicoz q felicitas vt condistinguit alijs bo
 nis est maxime eligibilis. vnita tamē cū pru
 dentia eligibilior efficit. Sic licet fides vt cō
 distinguit theologice sit nobilior. sumpta in
 simul cū theologiam nō ignobilior sed digni
 or efficit. Ad qntū dicēdū q qz ad h the
 ologia scripta est vt fides contra impios defē
 datur r in bonis homibus nutriat. idco dixit
 Joh. Dec aut scripta sunt vt credatis r.
 Alij silr indirecte arguūt ptra p. clusionē pre
 libatā. probātes q cognitio dei sit finis theo
 logie. quia idē est finis principioz alicuius sci
 entie r finis ipsius sciētie. sed articuloz fidei
 qui sunt pncipia theologice cognitio dei est fi
 nis. g. Maior patet. qz pncipia im plicite to
 tū id sunt qd scia est explicite. P fm phm r
 ij. phsicoz nō quodlibet vltimū sed vltimū
 quod est optimū habet rationē finis. sed cog
 nitio dei est nobilissimus actus anieratiōa
 lis intērus in theologiam. g. r. P vita ptem
 platina est nobilior qz vita actiua. g. speculāri
 est nobilior qz opari. r p. nō est finis theolo
 gie. P pprius finis sapiētie est speculatio.
 vt p. patere. i. r. vi. meth. r. r. ethicoz. s. the
 ologia ē sapiētiā pprie dicta. g. P aliqui co
 rū dicūt q nō cognitio vlc s. cognitio patrie

Ad 4

Ad 5

Thomas

est finis theologie. Quia dicitur Matth. v. Beati mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. **¶** In habitibus ordinatis supremus finis debet esse superioris habitus. sed supremus finis omnium artium et habituum est eterna beatitudo que principaliter consistit in visione dei. et habitus theologie est supremus omnium habituum. ergo etc. **¶** Idem est subiectum scientie ut imperfecte cognitum. et finis scientie ut perfecte cognitum. ergo perfecta dei cognitio erit finis theologie. quia in theologia viatoris deus imperfecte cognitus est subiectum. **¶** Augustinus dicit in sermone de Jacob et saul. quod tota operatio nostra in hac vita est. quod serenetur oculi mentis ut videatur deus. ad hoc sacra mysteria celebrantur. ad hoc sermo dei predicatur. et breuiter omne quod fit in sacra theologia Augustinus videtur velle quod fit propter videre deum. Sed nec illa concluditur. quia id inter omnia hominum possibilium tam in via quam in patria habet rationem optimam. et per consequens rationem finis. in quo principaliter consistit meritum in via et premium in patria. dilectio dei est homini. ergo etc. Maior pars. pro merito primo de merito. quia in illo consistit principaliter ratio meriti quod sic se habet quod quocumque alio posito vel remoto ipso solo posito in ipso solo meremur. sed dilectio dei sine caritate est homini. quia sine caritate omnis alia virtus est mortua et informis. ipsa autem sola de se non potest esse informis. igitur nulla virtus sine caritate potest esse meritoria. sola autem caritas seipsa est meritoria. De primo etiam patebit infra dist. 1. de materia fruitionis. **Ad primum igitur dicendum** ad maiorem quod licet id quod est finis principiorum possit esse finis scientie mediatus et remotus. non tamen immediatus et propinquus. nec etiam minor est vera. quia etiam per ipsas articuloz fidei noticias intendimus dei dilectionem sine qua et fides mortua est et informis. **Ad secundum dicendum** quod minor est falsa. sicut pars per iam dicta et etiam magis adhuc inferius declarabitur. **Ad tertium dicendum** quod non plus concluditur quam quod speculativa est nobilior quam practica. sed quod quicquid meritorie dignitatis est in vita et temporalium quam in actiua hoc totum pertinet eis prout ordinantur ad affectiuam. sic etiam speculatio et actio ordinantur finaliter ad dilectionem dei. id est nihil concluditur hic in nos. **Ad quartum dicendum** quod licet maior sit vera loquendo de sapientia philosophica siue sapientia naturaliter inuenta. tamen non est vera loquendo de sapientia theologica. Vel dicendum quod cum sapientia dicatur quasi sapientia scientia. ideo quousque speculationem intendat. principaliter tamen videtur intendere dilectionem secundum quod mentalis sapientia

et delectatio principaliter et magis proprie summa scilicet ex dilectione quam ex speculatione. **Ad quoniam** tunc dicitur dicitur quod visio patrie est finis remotus theologie nostre. sed hic querimus de fine proprio et immediato a quo scia denominatur quia a fine remoto non capit propria denominatio. Etiam assumitur falsum. quia siue in via siue in patria dilectio est nobilior speculatione. et etiam ipsa beatitudo patrie magis consistit in dilectione quam in speculatione. **Et per idem** per ad septimum **Ad octauum dicendum** quod Augustinus per oculum intelligit intentionem nostram. Unde etiam in sermone domini in monte tractans illud Matth. vi. Si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit. beatus Augustinus dicit quod per oculum intelligere debemus mentis nostre intentionem. talis autem intentio maxime mundatur et serenatur per dei dilectionem multo magis quam per speculationem. **¶** Autem etiam secundum Augustinus videtur esse per nos. **¶** Item sunt indirecte arguentes in predicta conclusionem quod praxis siue operatio sit finis theologie. quia saluator dixit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sed obseruatio mandatorum consistit in operibus moralibus. **¶** Illa scia praxim habet per fine cuius communes animi conceptiones quasi omnes sunt morales. theologia est homini **¶** Item. Maior pars. minor probatur. quia ille sunt coes animi conceptiones quibus peccat theologia. deus est bonus. deus est diligendus. declinandum est malo. bonum est faciendum. et similia. **¶** Illa scia in maiori sua parte determinat de moralibus illa habet praxim per fine. theologia est homini. quia quasi vndique tractat de informatione morum. **¶** Et si dicatur istis quod illa non intendunt in theologia propter se. sed solum ut nos ordinant in dei dilectionem. tunc ipsi concedunt hanc conclusionem sed addunt quod dilectio sit vere praxis. et id ad huc ipsis videtur quod habeat intentionem suam. **¶** Autem omnis dilectio vere sit praxis ipsi probatur multiplex. **¶** Primo sic. diffinendo praxim sic. **¶** Praxis est operatio alterius potest ab intellectu naturali posterior intellectus et nata propter elicere reuerentiam ad hoc ut sit recta. sed omnes partes istius diffinitionis conueniunt dilectioni dei. ergo est vera praxis. **¶** Si dilectio ultimi finis non esset vera praxis. sequitur quod aliqua operatio esset in potestate hominis que nec esset praxis nec speculatio. quod est inconueniens. **¶** Omnis actus voluntatis est praxis proprie dicta. sed dilectio dei est actus voluntatis. ergo etc. **¶** Et addunt istis quod tamen actus elicetus a voluntate est praxis. quia etiam actus impetus a voluntate. si cuius sit actus elicitus ab alijs potestibus. aliter tamen

Ad 576

Ad 7 Ad 8

Scotus.

Contra thomam.

Solutio Ad 1

Ad 2

Ad 3

Ad 4

Prologus

Contra sco-
tum.

z aliter. qz actus elicetus a voluntate sicut est
 Diligere z velle e praxis primo z p se. sed actus
 impatus sedario z ex consequenti Sed illud
 no valet. qz ille actus qui no est electio nec se-
 quitur ad electionem no est praxis. dilectio dei e
 hmoi. ergo zc. Maior pars p comitator. vi.
 ethicoz. z i. ethicoz ait qz praxis e opatio fm
 electione. Minor pars pbo. qz voluntas e ipsius
 finis. electio aut eoz que sunt ad finem. Item
 electio est conclusio consilij. sed consilium tuum est
 de contingentibus z de his que sunt ad finem.
 vt pz. iij. z vi. ethicoz. Tu igit dilectio dei te
 dat immediate in vltimu finem. sequit necessaria
 no qz dilectio dei no sit electio. nec psequens
 erit praxis. P. si aliquid non opabile a no-
 bis esset praxis. tunc tolleretur distinctio inter
 practicū z speculatiuū. sed dilectio dei merito-
 ria de qua semp hic loquimur no est operabi-
 lis a nobis. ergo zc. Maior pars. quia practi-
 cū habitus qui dicitur a praxi in hoc fm omnes di-
 stinguunt a speculatiuū. qz practicus e de opa-
 bili a nobis. cū sit factiuū sui subiecti. specula-
 tiuus aut e de no opabili a nobis cū suū sub-
 iectū p supponat. Minor pars pbo. qz dilectio e
 virtus a deo infusa. s. caritas. q si a nobis eēt ex
 puris naturalibz saluari possemus. qd e hereti-
 cū. Propter qd ad Th. ij. ait aplos. Non ex
 opibz iusticie q fecim nos s. fm miaz suā sal-
 uos nos fecit. P. tripliciter dicitur q ille actus no
 est praxis qui no est in pte nra. sed dilectio
 dei meritoria no e in pte nostra. s. n. redi-
 ret error pelagij. P. ille actus no est praxis
 cuius directio no cadit sub facultate humani
 intellectus. sed dilectio dei est hmoi. ergo zc.
 Maior pars ex praxis diffinitioe. pbo minorē.
 qz dilectio ad sui directōz requirit directiuū sup-
 naturale. iuxta illud apli ad Ro. viij. qui spū dei
 agūt hi filij dei sūt. Ad p̄mū igit de p̄mū di-
 cedū q diffinitio illa e insufficientis. qz obmittit
 id qd p̄ncipalr spectat ad rōez p̄ris. s. eē circa
 opabile a nob sive eē in pte nra. minor etiā
 e falsa. qz no sufficit p̄formitas nre rōis ad di-
 rectōz huiusmodi sup̄naturalē actus. Ad scdōz nego-
 p̄ntiā. qz dilectio de qua loqmur no e in pte
 nra. Etiā ipm psequens no e in conueniens ac-
 cipiēdo opationē large p omi actu elicitō ab
 ipso hoie. Ad terciūz nego maiorē. z id qd
 addit s̄l̄r e falsū. qz nec ois actus a voluntate el-
 icitus e praxis. sic patuit de dilectioe dei. nec ois
 actus p voluntate impatus poterit eē praxis
 qz actus speculatiuus ipsius intellectus cuius
 sit a voluntate impatus eēt praxis. qd tu met
 negas in tuo scripto.

Solutio.

Ad 1

Ad 2

Ad 3

Quantum ad terciū

Articul⁹ 3

um articulū. vtz sacre scripture scia pprie dica-
 tur affectiua. Dicēdū q cū i pmo articulo p-
 batū sit sciam debere a fine denominari. z i scdo
 sit oñsum finē theologie eē dei dilectionē siue
 affectionē. sequit ex his necio q theologia di-
 cat pprie dilectiua siue affectiua P nobilif
 sima scia a nobilissimo fine dōz denominari. sed
 theologia e scia nobilissima. z caritas siue di-
 lectio e finis nobilissimus. g dōz dici affectiua
 siue dilectiua. Maior pars ex pcedētibz. minor
 aut qz ad ambas suas ptes pz. e. n. theolo-
 gia nobilissima scia. cū ipsa pprie sit sapia. si-
 nis etiā nobilissim⁹ e dei dilectio. qz dicit aug-
 xv. de tr. q nullū donū dei illo. s. dilectioe dei
 e excellētius. P habitus cuius p̄p̄ finis
 no pōt reduci ad speculationē. nec ad praxim
 necio p̄tinet terciū genus. qz nec pōt dici pra-
 ctic⁹ nec speculatiu⁹. sed theologia e hmoi. g
 zc. maior pars. pbo minorē. qz dilectio dei q e si-
 nis theologie nec pōt reduci ad speculationē cū
 sit nobilior speculationē. nec ad praxim cū ei⁹ ob-
 iectū n sit opabile a nob. cū igit dignū sit a fi-
 ne oia denominari. vt dicit. ij. de aia. sequit q dicat
 affectiua. Sed illud a qbusdā improbat
 sic. Sicut se hnt habitus scientifici naturalr acq-
 siti ad dilectōz naturalē. sic se hnt scia theolo-
 gie ad dilectionē sup̄naturalē. s. null⁹ habit⁹
 scientific⁹ naturalr acq̄sit⁹ ordinat⁹ ad dilectōz
 naturalē nec denominat ab ea. g nec theologia de-
 nominanda e a sup̄naturalē dilectōe. P omnis
 scia vel e sui grā z sic e speculatiua. vel non est
 sui grā. z sic e practica. g no dabit id terciū ge-
 nus sciarū P fm Auzennā. i. metha. siue.
 scia speculatiua e de no opabili a nobis. sed p-
 ctica e de opabili a nobis. cū aut omne ens aut
 sit opabile a nobis aut no sit opabile a nob.
 ois scia erit speculatiua aut practica. P phi
 ussi ciet er distincterūt scias. z tñ nūqz fecerūt
 mētionē de aliq scia affectiua. P omnis scia
 vel attingit suū obiectū p actū q p̄sistit i sola
 cognitōe veritatis. vel p actū q p̄sistit i exerci-
 tio externo zis opis. Si pmo mō tūc e specula-
 tiua. si scdo mō tūc e practica. P finis the-
 ologie aut e sola cognitio veritatis circa caritatē
 seu affectōez. aut e cognitio docēs qliter cari-
 tas pōt hri in nobis Primo mō e mere speculatiua.
 scdo mō est mere p̄ctica Sz illa no
 refellūt p̄dictā veritatē. Nā cū fm factos do-
 ctōez finalis intētio theologie sit nos iun-
 gere z vnire. igit ab illo tanqz a p̄o-
 prio sine debet denominari mediāte quo nobi

Opi. 3ua

1

2

3

4

5

6

Contra illā
opinionē.

Questio III

lissime et intime deo coniungimur et unimur. h
aut est caritas sine dilectio. qz quis cognitio
ne deo assumilemur. iuxta illud. i. Joh. iij. Si
lij dei sumus. et nodum apparuit qd erimus
Scm? aut qm cu apparuerit filies ei erim?
qz videbimus eum hicuti est. caritate et amo
re. si fortis fuerit gratiose transformamur in
deuz. iuxta illud Dion. de diuis no. Amor
si fortis fuerit extasi in facies transformat ama
tem in amatu. Et eandem sententiam ponit Aug. i
suis soliloquijs. et Hugo in libro de arra ipso
se. Ad primu igit dicendu q similitudo q p
tendit in maiori ppositioe negada e. qz amor
naturalis de quo locuti fuerunt phi e amor q
diligit creatura. hic aut no est tante dignita
tis q ab ipso scia denotet. Ad cui? intelligen
tia sciendu q sicut p. iij. de aia. qzuis in intel
ligedo sit motus rez ad aiam. in amando m
ecouerfo est motus anie ad res amatas. Res
igit qzuis viles sint. tam q quodammodo digni
ficant et in esse spuali constituunt du intellu
gunt. Sed anima qzuis sit nobilis du crea
tura. ppter creatura diligit ppter transformati
one amantis in amatu vplim u no dignifi
cat. sed magis vilificat. et locu ab oppositis
cum deo p omnib diligit et primu ppter re
um miro mo nobilitat. igit qzuis natural di
lectio creature no sit tante bonitat aut digni
tatis q ab habitu scientifico humanitus ac
quisito finaliter intendat. dilectio tn rei pro
pter sui eximiam dignitate p se finaliter inte
dit. et pseques a tali dilectione scia denotat.

Ad 2 Ad scdm dicendu q phus qui ponit illaz
distinctione no cognouit quo ad itra ali que
nobilitate actum qz ipaz speculatoz. et quo ad
extra qz virtuosam opatione. igit talis distir
ctio sibi sufficiens videbat. sed nos qui poni
mus rei dilectione merito uia in via tpmiato
ria i patria nobilitate ee oi speculatoe ac vtuo
sa opatione. dicem? sciam q dilectioz talis p se
t pncipalr intedit ab ipsa denotari. Et p
ide p. ad tercium et ad quartu. Ad qntu dicen
du q diuisio illa e insufficientis. qz sacra theolo
gia no attingit suu obiectu p sola cognitioez.
nec p practice directioz. sz pncipalr et nobilit
sine attingit ipm p supna dilectioz Ad. vi. di
cedu q illa diuisio silt e insufficientis. qz finis the
ologie nec e cognitio vitas. sz e ipa caritas.

Ad 3 et 4 Ad 5

Ad 6

Articls 4 **S**z quo ad quartu
qois articulu e aduertedu. q qzuis p dictaz
ditate sint mlte doctoz opiniones. sumarie tn
ad tres generales modos potert reduci Qz q

da dicunt q theologia simplr sit speculatiua. q
da q simplr sit pctica. qda q sit silt pctica et
clanua. et isti sut triplici. Qz qda eoz dicunt q
sit fm qd speculatiua et simplr pctica. qda q sit
fm qd practica et simplr speculatiua. qda q sit
simplr pctica et simplr speculatiua. Ponat igit
motiua illaz opionu et soluaz qz breui? potero
Primi arguit sic. Scia e finis p se t pnci
pal e cognitio rei illa e simplr speculatiua. theo
logia e hmoi. g. zc. maior. p. iij. meth. vbi dz.
theorice finis e vitas. practice no op. minor
p. p oes illas roes positas i. ij. arti. qbz pbat
q speculatio e finis theologie. P nobilissi
ma scia dz e speculatiua. theologia e nobilissi
ma. g. zc. pbat maior. qz ex nobilitate qua spe
clatiu? hz respectu practici pbat. vi. eth. q sa
pia e nobilior? qz prudentia Un em e. ibide
dic. melior? pctice aie sapia e qz prudentia. si q
de speculatiu intellect? hie e sapia. prudentia at p
ctici. melior e at speculatiu? practico que adm o
du speculato melior e practi P theologia nra
assilat theologie rei et hroz. sz illa e speculatiua
g. zc. P hic? vere hns ronem sapie e vere et
simplr speculatiu? theologia e vere sapia. g. zc.

P scia d no opabili a nob e simplr speculati
ua. theologia e hmoi. g. zc. Sz illa no solu
dit. qz speculatio sciaz no denotat. cu ipsa or
dinet in vltiore fine p se et p pue intctu a sci
entia. sz speculatio theologie e hmoi. g. zc. ma
ior et minor reclarata sut supi. Ad pmu igit
dicendu q minor no e vera. Ad scd dz dicendu
q maior e falsa. qz affectiua e nobilior? specula
tiua. Ad pbatioez dicendu q phi n coguerit
aliqua dilectioz q e nobilior? speculatiue. et q
eet finis p se ipi? speculatois. si. n. phi tale di
lectioz coguisset et posuisset. necio habuissent
ponere sciaz affectiuaz. c? p se finis fuisset tal di
lectio. qz speculatoz illi? scie ordiaisset ad hmoi
dilectioz. Ad tercium ddm q theologia prie
ponit? amatiuaz vlt fruitiuaz qz speculatiua.

Ad e intellectu sciendu q qzuis theologia taz
vie qz patrie possit denotari ab amore et carita
te et dilectioe. tn theologia vie pprie nomiata
ab affectoe. et theologia patrie pprie a fruitio
ne. qz affectio dicit amore impfectu existentie
in desiderio cu quadam mobilitate et instabili
tate. et inde pprie theologia viatoris q e imp
fecta dz affectiua. Sed fruitio dicit amorem
pfectu cu stabilitate et quiete. sicut patebit in
fra. g ab ea denominada est theologia patrie
que simplr e perfecta. qz sicut theologia vie or
dinat ad dilectione vie sicut ad fine. primuz
et immediatu. et pseques ab ipsa denotata.

Opinio q
theologia
simplr sit
speculatiua

1
2
3
4

Contra illa
opi.

Solutio.
Ad 1
Ad 2

Ad 3

5

Prologus

sic theologia patrie ad dilectionem patrie tan-
q̄ ad finem proprium et immediatum ordinatur. et per
consequens cum talis dilectio vel sit ipsa fruitio
vel in fruitioe per se et principaliter includatur.
ergo merito dicitur fruitio. caritas autem et amor si-
ue dilectio. quod secundum propriam suam significatio-
nem sunt perfecte et imperfecte. ideo possunt denotare tan-

Ad 4

theologiam patrie quam theologia vie Ad quatuor
dicendum quod maior est vera sapientia consistit in spe-
culatio et ratio in fine per se et principaliter intento. et
in ulteriore fine non reducto. sic autem non contingit in

Ad 5

nostra theologia. ergo etc. Ad quatuor dicendum
quod scientia que est de non operabili est speculativa. si est
speculatio non ordinatur in alium finem per se et im-
mediate intentum in tali scientia. speculatio autem
theologie ut patuit ordinatur ad dilectionem.

Scotus.
D. theo-
gia sit sim-
pliciter practi-
ca.

Alii dicunt quod sit simpliciter practica. quia illa scientia est
practica cuius proprius finis est praxis. theologia est
hominum. ergo minor probatur rationibus quibus superius ostende-
bat quod praxis siue operatio sit finis theologie.

Pro fide est habitus practice. theologia funda-
tur in fide. ergo est practica. probatur maior. quod habi-
tus fidei non solum finaliter est ad hoc ut creden-
da credamus. sed ut credita diligamus. cum ergo dile-
ctio sit praxis ut superius fuit probatum. ergo.

Pro quocumque actu possibile est voluntate nostra er-
rare. necessario est notitia practica ipsam volun-
tatem dirigens ne erret. sed in diligendo ultimum
finem possumus errare. quod potest aliquis uti fruendis
et frui utendis. ergo theologia que in hominibus dirigit
erit practica.

Aureolus

Alii concordantes cum istis in conclusio-
ne principali. scilicet quod theologia sit practica. ad-
dunt quod iam dictum doctorum quod ipse non bene ponat
quod solum ille habitus intellectualis sit practicus
qui dirigit actum alterius potentie ab intelle-
ctu. quod ut dicunt logica et rethorica et uniuersaliter
omnes habitus intellectuales qui dirigunt
aliquos actus elicitos ab alijs habitibus in in-
tellectu existentibus sunt proprie habitus practi-

ci. Et hoc primo probant de rethorica. quia
 virtus creata accipiat ab vno ⁊ addat alteri.
 siue hoc faciat p̄ modū aggregatiōis. siue p̄
 viā generatiōis. igit si nō cessabit h̄mōi ap-
 positio. opoztebit p̄esse ali quid infinitū. quis
 omne finitū consumit aliq̄n p̄ cōtinuā abla-
 tiōnē p̄tū eiusdē quāritatis ab eo. Et hec vi-
 det esse intērio Aristot. ij. phisicoz. Hoc ta-
 mē nō obstat in p̄nti p̄posito. qz nouas spēs
 deus pōt trinuēdē nihilo creare. Et iā potētia
 naturalis agit q̄ntū pōt. igit si natura creata
 h̄ret posse ad p̄ductōz aliq̄ infinitū. h̄vitiqz ex-
 pleret cū effectu. Sz p̄p̄tū ē dei ad extra libe-
 re agere. ideo nō agit q̄stū pōt sed q̄stū vult. ⁊
 p̄ p̄ns nunq̄ explet q̄ ad extra suū totū posse.
 Ad nonū ddm. q̄ sicut de⁹ p̄ infinitā suaz
 sapiāz p̄phēdit oēs spēs nūeroz. vt patuit su-
 p̄ius dist. xxxv. conclusiōe. iij. i solutiōe q̄nti ar-
 sumēti. ⁊ tñ clare cuz h̄ cognoscat q̄ i re extra

nūq̄ esse poterit tā⁹ numer⁹ q̄n possit augeti.
 sic quis de⁹ cognoscat omne creabile. tñ cū hoc
 clare videt q̄ i re extra creatura nulla erit nec
 eē poterit q̄ p̄ diuinā potētiā nō possit p̄duci
 p̄fectio. Et ex h̄ p̄z q̄ p̄ntia facta i scda p̄te in-
 quisitiōis isti⁹ rōnis nō ē vera. qz licet deus nō
 cognoscat aliq̄d creabile ponibile in re extra.
 vltra qd nō possit aliud creari. tñ ex h̄ nō se
 quit q̄ de⁹ nō cognoscat oē creabile. sic dato
 q̄ de⁹ nō cognoscat aliq̄cū nūez vltra quē nō
 possit dari alter nūez. tñ ex h̄ nō seq̄t q̄ de⁹ nō
 cognoscat oēm nūez. Ad. x. ddm q̄ h̄uani
 tas xpi pōt dupl̄r cōsiderari. Uno mō fm se.
 Alio mō vt vnita ē p̄sone diuie. P̄mo mō
 pōt eē aliq̄ creatura p̄fectior ea. licet nō scdo
 modo. Nec h̄ est s̄ p̄ns p̄posito. qz ille excel-
 sus non p̄uenit ei vt pura creatura. sed vt rō
 ne vnionis ver⁹ deus ē. Ad. xi. ddm cū di-
 cit virgo gl̄iosa ea puritate nitere qua maior
 sub reo nequit intelligi. illud non pōt intelli-
 gi simpl̄r ⁊ absolute. quia als sequeret q̄ pu-
 ritas humanitatis xpi nō fuisset maior puri-
 tate virginis. Est ergo sensus verborū illoz.
 q̄ sub reo. id ē sub christo nō potest intelligi
 in aliquo homie maior puritas q̄ fuerit i be-
 ata virgine.

Ad 10

Ad 11

Articls 3

Quantum ad terci

um articulū. vtrū deus totū vniuersū potuerit
 facere melius. est aduertēdū q̄ ly melius
 pōt accipi dupl̄r. Est em̄ q̄dā mō aduerbi-
 alis. Ille aut̄ modus vel accipit ex p̄refacien-
 tis. ⁊ sic de⁹ nihil pōt facere meli⁹ q̄ fecit. qz q̄
 cunqz fecit semp̄ fecit fm bonitatez volūtatis
 sue. ⁊ fm dictamē sapiētiē sue. qui modus me-
 liozari nō potest. sicut nec bonitas ⁊ sapiētia
 dei poterūt meliorari. Vel ille modus attēditur
 ex p̄te facti. ⁊ sic ē sensus vtrū virtute diui-
 na vniuersū potuerit vel possit cape nobili⁹
 et p̄fectius esse q̄ cepit. Et sub hoc sensu tra-
 ctādo illū articulū pono tres cōclusiones. i.
 p̄ta tria que i vniuerso conspicio. scz finē. par-
 tes ⁊ ordinē. Prima conclusio est q̄ ratio si-
 uis vniuersū nō potuit fieri melius. nobili-
 us seu p̄fectius. Quia illud cui⁹ finis ē nobi-
 lissimus. optim⁹ ⁊ p̄fectissim⁹. hoc nō p̄t me-
 liozari ex p̄te finis. vniuersū ē h̄mōi. ergo rē.
 Maior p̄z. Minor p̄bat. qz de⁹ ē finis totū
 vniuersū. vt p̄z. xij. meth. ⁊ de⁹ ē nobilissim⁹.
 Ipse em̄ ē nobil⁹ i fine totū nobilitatis. vt d̄r i
 eodē. xij. Ipse etiā ē optim⁹. qz ipse ē summū
 bonū. ⁊ vltim⁹ finis. Ideo de ipso dicit ibidē.

Conclō 1

Ad 8

Ad 9

est p̄ntia i substantiā. ⁊ cōmē-
 ut p̄ntia vniuersi. P̄ntia
 q̄ nō ē de necessitate ordinis
 ea q̄ p̄ntia line. ⁊ cōmē-
 impabili que rē i substantiā
 nō ita est q̄ p̄ntia vniuersi
 sunt. Et cōmē-
 vniuersi fm finē p̄ntia
 nō repugnat ei infinita. ⁊ cōmē-
 in p̄ntiaz. ideo nō repugnat
 n̄tēgo maior. q̄ d̄r q̄
 us oemē vna linea p̄ntia
 vniuersi meridiem. ⁊ vniuersi
 q̄ p̄ntia i infinitū. vniuersi
 vniuersi. ⁊ cōmē-
 s̄tū d̄r p̄ntia referēt. ⁊ cōmē-
 b̄ma linea nō ē d̄r p̄ntia
 is vniuersi oemē vniuersi
 mē cōmē-
 nō repugnat esse aliquid
 sp̄deo q̄ cōmē-
 q̄ d̄r p̄ntia i substantiā
 vniuersi p̄ntia p̄ntia
 vniuersi p̄ntia p̄ntia
 finitū. tamen p̄ntia
 habet in ipsa materia p̄ntia
 endit itur ad p̄ntia
 i libro p̄ntia q̄ p̄ntia
 i. ⁊ ideo omni entēto
 aliquid manus in p̄ntia
 impliciter ē infinitū. Et
 si d̄r ad maior. q̄ p̄ntia
 i sit simpliciter infinitū
 si esse ad infinitū. ⁊ p̄ntia
 esse succedat ad infinitū
 m̄ recipit si modus d̄r
 sunt opoztari. Et iā
 id p̄bationē dicēdū q̄ p̄ntia
 nalis opoztari naturā
 ē factiōe rei. hoc tamen
 exest omnia de nihilo p̄ntia
 p̄cedent talē factiōe non
 s̄ appoztari. Et iā
 octo d̄r d̄r q̄ d̄r
 q̄ p̄ntia possit aliquid
 h̄re factiōe q̄ d̄r
 de istis i substantiā solutiōe
 q̄ d̄r materia i d̄r
 in xviij. q̄ d̄r
 q̄ nō solū ista d̄r
 nō ē illa q̄ d̄r
 d̄r p̄ntia. Et
 q̄ ut d̄r. rācōis
 q̄ vniuersi p̄ntia

Mouet aut vt desideratū z amatū. Ipse eti
 am deus est pfectissim⁹. qz vt prz. v. metaph.
 2 ipse habet i se vlr pfectōes oim generū. P.
 sicut exercit⁹ ordinat⁹ immediate ad impato/
 rem seu ad summū pncipē nō pōt meliorari
 qstū ad ducē. sic vniuersū cū immediate ordi
 nēt ad vltimū finē nō potest meliorari q ad fi
 nē seu ratioē finis. Secūda conclusio q vni
 uersūz pōt meliorari ratioē priū bonitate acci
 den tali z nō bonitate essentiali. Quia illo mō
 quo p tribz vniuersi cōpetit melioratio. eo mō
 etiā cōpetit toti vniuerso. Sed p tribz eis dez
 manēribus uenit melioratio qstū ad bona
 tē accidentālē z nō eēntialem. ergo zc. Maior
 pz. qz sicut entitas totius cōstat ex entitate p
 tiū. sic bonitas totius ex bonitate partū. Mi
 nor pz ex dictis i articulo pmo istius cōclu
 sionis. Istā conclusiōē doctores satis pcor
 diter tenēt. posito q oīs pres vniuersi melio
 renē. Sed si aliqūe pres meliorarēt z nō om
 nes. tūc dicūt aliqui doctores q ex hoc totū
 vniuersū nō efficacēt melius. qz tollerēt ppor
 tio ordinis. z ideo qūis auget bonūz pris.
 tū minuerēt bonū totū vniuersitatis. Sed
 illud nō valet. Quia ex hoc dicto sequerēt. q
 ex xpi incarnatiōe bonū totius vniuersi fuisset
 diminutū. et ordo vniuersi fuisset interrupt⁹
 z reordinatus. Illud cōsequēs ē valde horri
 dū i auribz fidelū. Cōsequētia prz. qz ex illa
 incarnatiōe natura humana maximā cōsecuta
 est dignitatē z melioratōez. licet oēs pres vni
 uersi ex hoc nō fuerit meliorate. qz natura dā
 natorū spiritū nullā dignitatē vel meliora
 tiōē ex hoc ē cōsecuta. ergo zc. P. post di
 2 em iudiciū sol z luna meliorabunt. qz sicut di
 cit Isa. tūc lumē lune erit sicut nūc lumē sol.
 z lumē solis septē mlti sicut lumē septē dierū
 Multe aut pres vniuersi nō erūt meliorate.
 sicut patet de bestijs. piscibz z plantis q corū
 pent. z tamē ordo vniuersi tūc nō mutabit in
 prius sed in melius. Tercia conclusio ē q nō
 3 mutatis partibz vniuersi. tūc vniuersū qstū ad
 ordines nō potest meliorari. Quia de⁹ qui est
 oim artifex pfectissima sua sapiētia pres vni
 uersi fm naturarū z pfectionū suarū erigēt/
 am disposuit et ordinauit. ergo non mutatis
 partibus vniuersi. non videt q ordo vniuersi
 possit meliorari. sed mutatis partibus melius
 videt q etiā bonitas originis auget. quia si
 cut melioratis cordis i cythara dulcior resul
 tat melodia. sic melioratis singulis partibus.
 tūc in ipso ordine resultat diuina bonitas pfe
 ctius illucescit.

Lōclo 2

Tho. et pe
trus.

Lōrratho
mam.

Lōclo 3

Quantūz ad quāz

Artic⁹ 4

tū articulū. vtrū deus possit facere aliud vni
 uersū illo vniuerso manēte. est notādū q vni
 uersū pōt duplīr p̄siderari. Uno mō qstū ad
 rōem nois. Alio mō qstū ad realitatē vel rea
 litates exp̄ssam vel exp̄ssas noie vniuersi. Si
 pmo mō accipit vniuersūz. tūc nulla virtute
 possit fieri aliud vniuersū illo vniuerso manē
 te. Quia cū vniuersūz dicat ab vnitare. dicat
 em vniuersū qsi vniū p̄sum. eo q p̄sice loq̄n
 do oia claudant sub vno pmo mobili. qd̄ ver
 tit z mouet ab vno pmo motore. igit si pluri
 ficaret iā nō esset vniuersū. s̄ pot̄ pluriuersū
 eo q plura eēt mobilia p̄ma q̄ a pluribus p
 mis motoribz verteret z moueret. et sic esset
 vniuersūz z nō eēt vniuersūz. qd̄ est implica
 tio z contradictōis Si aut loq̄mur de vniuer
 so qstū ad res exp̄ssas noie vniuersi. tūc co
 nclusiōē affirmatiuā. s̄ q deus pōt face
 re aliud vniuersū illo vniuerso manēte. z hoc
 vel simile hūc vniuerso. vel nobili⁹ illo. Su
 muli si ex p̄silibz partibus istū vniuersi illud
 aliud vniuersū p̄stitueret. nobilius si ex nobi
 lioribz partibz ipm vniuersū p̄stitueret. Et hāc
 p̄bo sic. Quia cā potēs pducere oēs pres ali
 cui⁹ totū cū debito ordine ad p̄stituendū ipm
 totū. pres in quā eque pfectas sic habite sunt
 i p̄simili toto vel pfectiores. talis cā pōt p̄du
 cere h̄mōi totū eque pfecte sicut acten⁹ est pro
 ductū. vel pfectiori mō. Sed de⁹ oēs pres ad
 vniuersūz requisitas pōt pducere nō solū eque
 pfecte. verū etiā magis pfecte q̄ actenus sine
 pducere cū debito ordine ad p̄stituendū vniuer
 sum. q̄ zc. Maior ē nota de se. z minor pz ex
 p̄dictis i p̄cedētibz conclusiōibz. Sed p̄tra
 illā conclusiōē ē Arist⁹. i. celi z mūdi. vbi m̄nt
 multiplīr p̄bare q impossibile sit aliū mūduz
 siue aliud vniuersū esse. Un̄ ex dictis suis po
 test argui sic. Illud qd̄ est simplīr pfectuz. 1
 h̄ multiplicari nō pōt. mūduz est simplīr pfe
 ctus. q̄ zc. P. si plures eēt mūdi. aut dis
 2 ferēt solo numero aut spē. Nō pōt dari pri
 mū. qz indiuidua solū numero d̄ntia nō sūt
 p se intēta a natura. vniuersū aut ē maxime in
 tentū. cū i se p̄tineat bonitatē oim. Nec scdm.
 qz cū vniuersū sit simplīr pfectū. nulla spēs po
 test sibi deficere. igit si eēt duo vniuersa specie
 d̄ntia. iā neutz eēt vniuersū eo q neutz esset
 pfectū. P. si essent duo mūdi vel duo vni
 uersa. tūc essent duo p̄mi motores simplīr vel
 saltē duo motores eque distātes ab ipso deo

Lōclo 1

Lōclo 2

Dpi. anti

[Marginal notes on the right side of the page, including references to other works and commentary.]

pntia patet. qz vel illi duo mudi hrent duos
 motores eque pmos. vel ad min⁹ haberet du
 os motores eqlis pfectois qui rone hmoi eq
 litatis eqliter distaret ab ipso pmo. s. ab ipso
 deo. falsitas consequeris pz. Quia si dat pmu
 tuc eent duo dij. Si scdm. tuc i separtis a ma
 teria essent aliqua plura solo numero dntia.
 qz q eque distat a pmo no pnt differre specie.
4 Utruzqz aut illoz fm phm e impossibile p
 terra illius alterius mudi vel sp violeter deti
 neret extra mediu istius mudi. vel qnqz natu
 raliter descenderet ad centz istius mudi ppter
 inclinatione naturale qua hret ad essendu de
 orsum. quoz utruqz e impossibile. P. situs
 que haberet terra i alio mudo. aut eet sibi na
 turalis. aut violetus. No naturalis. qz corp⁹
 cui⁹ naturalis situs e superior illud e formal⁹
 Sed ille alius mudus zp pns terra eius eet
 superior celo istius mudi. q illa terra eet forma
 lior celo ist⁹ mudi. qd e incouenies. Nec vio
 letus. qz ome violentu e pter ordine naturale.
 sed pres mundi debet habere ordinez natura
 le. Etiam dato q violeter ibi maneret aliquo
 tpe. hoc tm no posset sp durare. cu nullu violē
 tu possit ee ppetuu. vt pbs ibidem ait. q qnqz
 naturaliter descenderet. qz inde res mouet na
6 turali vbi detinet violeter. P. illud qd con
 stat ex tota sua materia no est plurificabile. sz
 mds constat ex tota sua matia. Maior et mior
 ponunt ab Aristi. ibide. P. ex dictis alio
 ru pot sic argui. Deus no pot facere illud qd
 si fieret eet vanu z supfluu. illa pater i li. de ce
 z mudo. vbi dicit q deus z natura nihil faci
 unt frustra. Sed si fieret aliud vniuersum h
 eet hmoi. qz vt dicit. i. phisicoz. frustra sit p
8 plura qd pot fieri p pauciora. P. si fieret al
 ter mudus. vel fieret i eode loco cu illo mudo
 aut in alio. No pot dari pmu. qz tuc duo cor
 pora eent simul in eode loco. Nec scdm. qz ex
 tra istu mundu no est dare aliquereale locu.
 vt pz. iij. phicoz. vbi Aristo. reprobat Pira
 goru qui infinitu locu seu spaciū posuit extra
 supremu celu. Sed ppter illa et silia so
 phismata no elimutada infinita dei potētia.
 Ideo ad pmu dicendu q esse simpliciter pfe
 ctu duplr potest intelligi. Uno mo absolute
 et omimode. Alio mo in genere. Primo mo
 no pot multiplicari. vt sic em solus deus e p
 sectus. qui est vnus tm. vt patet. xij. metaph.
 Alio mo pfecto simplr non repugnat multi
 plicatio. Plures em pnt esse substantie. quaru
 quilibet i genere z i specie sua est pfecta. No
 licet vniuersum creatu secudo mo dicat ee p

sectu. tm no pmo mo. z ideo multiplicari sibi
 no repugnat. Ad scdm dicendu q pprie lo
 quedo vniuersuz nec e vnu numero nec vnu
 specie. sed est vnu vnitate ordinis rez differē
 tiu specie. Ad terciu nego pntiaz. qz posset
 deus vnu mundu facere pfectiore alio mudo.
 z tunc primi motores supremoz celoz hmoi
 mudoz no distaret eque a pmo principio. s.
 ab ipso deo. Naz prim⁹ motor supremi orbis
 nobilioris mudi esset pfectior pmo motore al
 teri⁹ mudi. zp consequens minus distaret a deo.

Sz posito q illi duo mudi essent equalis
 pfectois. tuc phice loquedo oporteret predi
 ctos duos motores eque distare a pmo pnci
 pio. qz phi fm pportione orbium posuerit pro
 portione pfectois appropriatoz moroz. z id
 ppter eqlitate celoz illoz eqlu mudoz mo
 tores eoz essent equales. zp consequens a deo e q
 distates. Loquedo igit q isti duo mudi pos
 sint esse equales. tuc dico q scda ps consequer
 no est impossibilis. Ad pbatione dico q de
 potētia dei absoluta pnt ee plures separte sub
 stantie solo numero differetes. vt in tēdo pba
 re libro. ij. dist. iij. Ad quartu dicendu. q
 neutz illoz incouenientiu sequeret. Ad pba
 rione dicendu q terra alterius mudi nullam
 inclinationem haberet ad centz illi⁹ mudi. sed
 haberet naturale inclinatione ad cētru seu ad
 mediu illius mudi i quo creata eet a deo. z id
 no violeter sed naturaliter quiesceret i medio
 eiusdem mudi. Tm si illa terra moueret versus
 centz illius mudi. tuc no descenderet sed poti⁹
 ascēderet. quia no posset moueri versus cētru
 istius mudi nisi moueret versus circumferētia
 celi illius mudi i quo esset creata. Mor⁹ aut
 ad circumferētia pprie loquedo e motus sur
 sum. sicut a circumferētia ad mediu e motus
 deorsum. Ad quintu dicendu q ille situs
 esset naturalis terre alteri⁹ mudi. Ad pbatoz
 dicendu q illa terra no esset superior celo istius
 mudi. qz si cut i isto mudo accipit sursum z de
 orsum. supius z inferi⁹. p comparatione ad ea
 q sunt infra istu mundu z no extra. na appro
 pinquatio ad celi circumferētia est esse sur
 sum seu supius. sed appropinquatio ad cētz
 est esse deorsum. sic eode mo esset in alio mun
 do si deus faceret aliū mundu. Ad sextuz
 dicendu. q licet illud quod constat ex tota sua
 materia no sit plurificabile virtute naturalis
 agētis quod i sua actione materia psupponit
 poterit tm plurificari virtute diuina q materi
 am simul cu re materiali pducit. z i sua actio
 ne nihil psupponit. Ad septimū nego mi

Ad 2

Ad 3

Ad 4

Ad 5

Ad 6

Ad 7

lutio.

Ad 1

noze. Ad pbationē dicendū. q̄ posita alteri⁹
 mūdi creatione. tūc nō fieret p̄ plura qd̄ eque
 bñ fieret p̄ pauciora. qz̄ sicut istud vniuersū
 est necessariū t̄ nō superflū p̄ rebus istis vni
 uersis. sic illud vniuersim nō esset supflū p̄
 rebus illius vniuersi. Ad octauū dicendū
 q̄ fieret in alio loco. qui tamē locus nō p̄cede
 ret illius mūdi p̄ductionē. sed simul cū ipso
 mūdo deus h̄mōi locū p̄duceret. Sicut em̄
 productionē illius mūdi non p̄cessit aliquis
 locus realis in quo fieret ille mūdos. s̄ deus
 simul p̄duxit locū t̄ locatū. sic eodē modo fi
 eret si deus aliū mūdū produceret. Nā sicut
 i illo mūdo aqua est locus terre. aer locus aq̄
 ignis locus aeris. s̄pera lune locus ignis. t̄ sic
 ascēdēdo vsqz̄ ad supremū celū semp̄ corpus
 circūdans est locus corporis circūdati. Lū au
 tem p̄uentū est vsqz̄ ad supremū celū. hoc nō
 dicit̄ esse in loco sic q̄ sit in aliquo. cum extra
 ipm̄ nullū sit corpus. sed si dicit̄ esse i loco. s̄
 solū dicit̄ p̄ tanto. quia ipm̄ est circa aliquid.
 vt patz̄. iij. phisicor̄. sic eodē mō fieret d̄ alio
 mūdo. si deus aliū mūdū p̄duceret. Ad
 argumentū principale dicendū q̄ minor nō
 est vera. accipiēdo p̄ceptū p̄ simplici cogita
 tionē eius. cui⁹ tñ nō possumus reddere suffi
 cientē rationē. Ad pbationē dicendū q̄ be
 atus Auḡ. ibi p̄ verā rationē intelligit cause
 assignatōem. Nō licet de⁹ oia p̄duxerit quo
 rum possum⁹ reddere rationē quare expedit
 ea esse producta. ex hoc tñ nō sequit̄ quin de⁹
 us multa possit facere que n̄ occurrūt nostre
 rationi. t̄ de quibus nescimus reddere suffi
 centē causā. qz̄ deus plus potest facere q̄ nos
 possumus intelligere cū ratiois assignatōe. vt
 patet p̄ Augu. in eplā ad Volusianū. vbi sic
 ait. Demus igit̄ deū aliquid posse quod nos
 fateamur nos inestigare nō posse In rebz̄ em̄
 mirabilibus tota ratio facti est potētia facien
 tis. Lū igit̄ maior t̄ eius pbatio solū sint ve
 re accipiēdo cogitationē sine omni assignati
 one cause vel rationis. t̄ sub hoc sensu minor
 est falsa. vt iam visum est. qz̄ posset homo co
 gitare vnū aliud vniuersū integratū ex tam
 nobilibz̄ creaturis. q̄ in sumā t̄ ignobilior cre
 atura illius vniuersi esset nobilior et p̄fectior
 nobiliori t̄ p̄fectioni creatura istius vniuersi.
 t̄ sic semp̄ ascenderet in cogitatōe sua in p̄fe
 ctionibus creaturaz̄ illius vniuersi fm̄ p̄por
 tionē qua ascendit ab infima creatura istius
 vniuersi vsqz̄ ad supremū. quo facto nullū es
 set dubiū quin tale vniuersum esset melius t̄
 p̄fectius isto vniuerso. qz̄ totū consistas ex no

Ad 8

Ad p̄nci
pale argu
mentum.

bilioribus et p̄fectionibus p̄tibus etiā equali
 manente ordine melius t̄ p̄fectius esse videt̄
 Ideo patet q̄ argumentū nō p̄cludit. quia i
 quo sensu vna p̄positionū suaz̄ est vera. i cor
 tem sensu altera est falsa.

Distinctio quadragesimaquinta.
 t̄ quadragesimal sexta.

I Am de volū

tate dei. Postq̄ magister deter
 minauit de diuina sciētia ac po
 tentia. nūc in ista. xlv. distinctione tractat
 de diuina volūrate t̄ eius efficacia. Et diuidi
 tur in duas p̄tes. Nam p̄mo tractat de diuī
 ne volūtatē efficacia negatiue ostendēdo ipsā
 diuinā volūtatē nūqz̄ esse nō efficientē. Se
 cundo tractat de ipsa positiue. ostendēdo ipsā
 semp̄ fuisse t̄ esse efficaces. distinctione. xlvij.
 ibi. Volūtas quippe dei. Prima in duas. qz̄
 primo agit de volūrate diuina t̄ eius effica
 cia. Secūdo circa h̄mōi efficaciā mouet que
 dam dubia. distinctione. xlvij. ibi. Dic̄ ois̄ que
 stio. Prima in duas. Nā primo tractat d̄ vo
 lūrate diuina quasi diffinitioe seu descripti
 ue. Secūdo prosequit̄ d̄ ea diuisione. ibi. Dic̄
 nō est p̄mittendū. Prima in duas. qz̄ p̄
 mo agendo de diuina volūrate ostēdit qd̄ sit
 Secūdo innuit quantū possit. ibi. Nec itaqz̄
 summe bona. Et hec diuidit̄ in duas. Quia
 primo p̄mittit diuinā volūtatē esse tante ef
 ficacie q̄ ipsa nullā causā habet supra se. t̄ ipsa
 est causa omnīū. Secūdo probat̄ intētū. ibi.
 Volūtas ergo dei. Sequit̄ illa pars. Dic̄
 nō est p̄mittendū. Et diuidit̄ in duas par
 tes. Nam primo p̄mittit hanc diuisionē q̄ dei
 volūtas quādoqz̄ accipit̄ pp̄rie. quādoqz̄ im
 pp̄rie. Et prosequit̄ istius diuisionis par
 tem primā. Secūdo subdividēdo prosequit̄
 secundā. ibi. Aliquādo vero. Et hec in tres.
 Quia primo volūtatē dei impp̄rie dicit̄
 accipiēdo dei volūtatē p̄ his que sunt su
 gna voluntatis sue. diuidit̄ in quinqz̄ mem
 bra. que sunt p̄ceptio. prohibitio. consiliū.
 p̄missio t̄ opatio. Secūdo p̄sequitur conū
 ctam de primis tribus. Et tercio p̄sequit̄ siml̄
 de duobus sequētibz̄. Secūda ps̄ ibi. Jō
 autē p̄ceptio. Tercia ibi. P̄missio quoz̄
 Sequit̄ distinctio. xlvij. Dic̄ ois̄ questio
 zc. Et diuidit̄ in duas partes fm̄ q̄ circa di
 uine voluntatis efficaciā duo dubia mouet.
 Quoz̄ū primū est. vtz̄ deus velit aliquid bonū

Marginal notes on the right side of the page, including a large initial 'I' and various lines of text in a smaller script.

fieri qđ tamē nō fiet. Scđm vtrū deus nolit aliquod malū fieri quod tamē p̄ra dei volūtatē fiet. Primo ergo prosequit̄ primū dubiūm. Secūdo secundū. ibi. Ideoq; cum constet. Prima i duas. Nā primo arguit duplici auctoritate qđ diuina volūtas nō semp̄ implet. Secūdo ostēdit qualiter h̄mōi argumētis respondet. ibi. Sed audiamus solutōez.

Sequit̄ illa pars. Ideoq; cū cōstet. Et vidit̄ in duas partes. Nā primo circa predictū dubiū recitat magister duplicē opinionē. Secūdo cōsentēdo vni opinionī ponit suaz determinatōem. ibi. Si quis diligēter. Prima in tres. Nā p̄mo vtrāq; opinionē recitat. Secūdo motiua vtriusq; opinionis insinuat. Tercio motiū illius opinionis quā non tenebit. destruit et firmat. Secūda ibi. Qui em̄ dicit. Tercia ibi. N. s̄o Aug. ait. Sequit̄ illa ps. Si quis diligēter. Et diuidit̄ i tres pres. Nā p̄mo qđ deus nō velit fieri malū triplici rōne cōcludit. Secūdo p̄ra cōclusā veritatē obijcit. Et tercio h̄mōi obiectōez tollit. Secūda ibi. Jā sufficiēter. Tercia ibi. Quibus facile. Circa istas duas distinctōnes quero hanc questionē.

Vtrū volūtas dei sit immediata causa creaturaz. Et videt̄ qđ nō. Quia illud qđ ē oīnō immutabile non pōt ēē immediata cā effect⁹ mutabil. sed volūtas diuina ē oīnō immutabil. et oīs creatura ē mutabilis. ergo r̄c. Cōtra. volūtas artificis ē immediata causa eoz que ab eo p̄cedūt per modū artis. sed omnes creature p̄cedūt a deo per modū artis. Maior patet. vi. metaph. vbi dicit̄. qđ p̄ncipiū artificiatōz ē volūtas. Minor etiā patet. qđ verbo diuino oīa sunt p̄ducta. De ipso em̄ dicit̄ Joh. i. Oīa p̄ ipm facta sunt. et sine ipso factū est nihil. Sed s̄bū diuinū est ars diuina. Juxta qđ Aug. vi. de trini. ca. vlti. ait de verbo diuino. qđ ē ars oīm potētis atq; sapientis dei plena rationūz oīm viuētū. Patet etiā illa minor. Sap. vii. vbi dicit̄ de deo. qđ est oīm artifex r̄c. Dic q̄ntuor sunt vidēda. Primo vtrū diuīs sit volūtas. Secūdo de eo qđ querit̄. Et hoc q̄ntū ad dist. xlv. Tercio vtrū deus velit mala fieri. Et quarto vtrū bonū sit mala fieri. Et h̄ q̄ntū ad dist. xlvi.

Quātuor ad primū articulū. vtrū in diuīs sit volūtas. dico qđ volūtas nō solum virtualiter verū etiā formaliter

ponēda est in deo. Quia illud quod dicit̄ p̄fectōem simplr formaliter est i deo. vt testatur omnes sancti doctores. Sed volūtas dicit̄ p̄fectōem simpliciter. qđ cū sit potētia essentialiter libera. in quocunq; reperitur melius est ipm qđ nō ipm siue ipm p̄fectius inuenit. hec est em̄ conditio p̄fectionis s̄m Ansel. P. si cū cognitionē sensitīuā sequit̄ appetitus sensitīuus. sic cognitōem intellectuā sequit̄ appetitus intellectuū siue volūtas. sed deus habet cognitionē intellectuā. ergo r̄c. P. vbi cūq; reperitur delectatio cūz libertate ibi vere reperitur voluntas. Quāuis em̄ bestie delectent̄. qđ tamē magis ducunt̄ suis delectationibz qđ eas ducant. et magis agunt̄ qđ agant. ideo carentes libertate nō sunt domini sui actus. nec p̄sequēs habent voluntatē. Sed deo cōuenit summe delectari cū libertate. Cum em̄ delectari magis consistat i immobilitate qđ i motu. vt dicit̄. vij. ethicoz. deus qđ immobilis ē p̄ se et p̄ accidēs. et ab intra. vt patet. vii. phisicoz. et xij. metaph. maximas h̄z delectatōes. Propter qđ dicit̄. vij. ethicoz. Deus sp̄ vna delectatōe gaudet. Et xij. metaph. dicit̄. qđ intelligere diuinū est valde voluptuosum. Et ideo deus p̄fectissime habet volūtatē. s̄m Dam. li. iij. ca. xij. Angelus aut̄ et homibz conuenit volūtas s̄m qđ sunt imago diuine nature. qđ est voluptuosissima et arbitrio libera. P̄ illud quod est de integritate et p̄fectione intellectualis nature vere reperit̄ in deo. voluntas ē h̄mōi. Maior p̄z. qđ natura diuina ē p̄fectissime intellectual. Minorē p̄bō. qđ nō min⁹ volūtas que ē appetitus intellectuū est d̄ integritate intellectualis nature qđ appetitus naturalis sit de integritate nature cognitōe carentis. vel appetitus sensitīuus de integritate nature sensitīue. sed nō esset p̄fecte graue qđ naturaliter nō appeteret esse deorsum. nec eēt p̄fecte sensitīuus qđ nihil appeteret s̄m sensum. qđ nō eēt natura p̄fecte intellectual qđ careret volūtatē qđ appetit̄ aliqd s̄m noticiā intellectuā

Sed forte dicit̄ qđ de rōe volūtatis ē qđ moueat mora. vt patet. iij. de aīa. ipsa em̄ p̄us mouet̄ a bono appetibili qđ aliqd moueat̄ ab ea. sed deus oīa mouet̄ et a nullo mouet̄ Juxta illud Boetij. Immo in te manēs das cuncta moueri. R̄ideo qđ illa maior nō ē vera nisi de tali volūtatē qđ mouet̄ p̄pter aliquē finē distinctū a se siue extrinsecū. Sic aut̄ nō ē de deo. Ipse em̄ oīa mouet̄. nō p̄pter aliqd acquirēdū tali motu. sed p̄pter sui p̄p̄iā dōminatē. qđ instātia nō valet.

Instantia

Solutio:

Articls 2 **Quantus ad secun**

dum articulu. vtrum volūtas dei sit immedi

Lōcō 1

ata causa creaturarū. pono duas pclusiones. Prima est q volūtas dei est cā omnis cre ature. Quia quicqd pcedit ab aliquo agen te libere. illius causa ē volūtas pducētis. sed oīs creatura pducitur a deo libere. ḡ ṛc. Ma ior patet. qz libertas ē pncipalis ppūctas vo lūtatis. ḡ qd puenit alicui oīno libere hoc rō ne volūtatis videt sibi puenire. Minor pate bit infra libro. ij. dist. i. Et hec est intentio be ati Aug. ad Prosum. vbi ait. q omnis crea ture cā est volūtas dei. Patet etiā illa con

Instantia 1

clusio hic in sra multis auctoritatibz. For te dicit q illa ratio nō pcludit. qz causa pūn gēs ⁊ libera nō potest esse cā efficiēs necessarij. Sed vt dicit illa ratio. deus pducit illas cre aturas libere. ⁊ psequēs pūn genter. et mul tos effectus necessarios videmus ī creatur. ergo si deus ē causa libera. sequit q nō sit cau sa oīs creature. ac etiāz volūtas diuina. cui⁹ vt dictū est ppūctas ē ipsa libertas nō erit causa oīs creature. et sic ex vi pdicte rationis sequit

2

oppositū intēte pclusionis. P. si voluntas diuina ē cā oīm creaturaz. tūc vlt est causa suf ficiēs vel insufficiēs. Nō sufficiēs. qz posita causa sufficiēte semp ponit effect⁹. ⁊ sic ab eter no fuissent creature sicut ab eterno fuit volū tas diuina. Itē posita causa sufficiēte frustra poneret alia causa. ergo si voluntas dei ēēt suf ficiēs causa oīm creaturarū. tunc omnes alie cause frustra ponerētur. quia penit⁹ essent superflue. Nec potest poni secundū. quia nul la insufficiētia potest esse in volūtate diuina. ergo ṛc. Ad primū dicendū q licet aliqui effectus in creaturis sint necessarij p compa tionē ad cās secūdas que hmoi effectus non pnt impedire. tñ nullus effectus ē adeo neces sarius qn p comparōem ad diuinā volunta tē sit ptingēs. et possibilis aliter se habere. qd bñ patuit tpe Josue qn voluntate diuina sol stetit ī medio celi. et nō mouebat p spacium vnus diei. Patuit etiā tpe Ezechie quā do sol retrocessit decē gradibz. ⁊ in multz alijs exemplis sacre scripture. que longū nimis es set enarrare. Ex quo patet q nō obstāte q deus sua voluntate libere et ptingenter pdu cat omne quod pducit ad extra. tamē sua li bera voluntas est causa oīm creature. quia omnis creatura est ptingēs p comparationē ad diuinā voluntatē. Ad scdm dicēdūz

Solutio Ad 1

q volūtas diuina est causa sufficiēs. Ad pro bationē primā in pstrariū dicendū. q qn cā q causat ex necessitate nature ē sufficiēs. tūc po sita cā immediate ponit effectus. Sed qn cā ē libera ⁊ volūtaria. tūc qzuis hmoi cā sit suffi ciēs. tñ nō est necesse vt effectus semp sit qn ē hmoi causa. sed sufficit q ipse effectus sit p il la mēsurā p qua hmoi causa vult talē effectū esse. sed volūtas diuina ab eterno voluit crea turā eē ī tpe. ḡ ṛc. Forte dices q volūtas di uina vel voluit ab eterno creaturā eē. vel non voluit creaturā ab eterno eē. illa patet p etre ma ptractōis. Si dat primū. tūc fm illaz solutiōz videt esse pcessum q creatura fuerit ab eterno. Si scdm. tunc sequeret q deus ali quid vellet in tpe quod nō voluit ab eterno. cui⁹ oppositū ostendet in qstōe prima sequē ti. Rñdeo q deus ab eterno voluit creatu rā esse. nō tamē p eterno sed p tpe determina to. ⁊ ideo ex vi diuine volūtatis seu diuine vo lūtōis nō oportuit creaturā esse ab eterno. sed solū in tpe. Illa tñ magis apparebūt infra cir ca pncipiū scdi libri. Ad scdm pbatōem dicēdū q alie cause nō supfluit. qz eaz actio ne diuina bonitas declarat quā deus voluit li bere causis scdis cōicāre. qzuis ipse solus oīa posset si vellet pducere et gubernare. Se cūda pclusio est. Volūtas diuina ē causa im mediata oīs creature. Quia cā pducēs totū effectū est hmoi effectus causa immediata. s; voluntas diuina pducit totum effectū in p ductione cuiuscūqz creature. Maior patet. qz effectus a nullo immediatius attingit qz ab eo a quo totus pducit. Minor etiā patet. qz qzuis cause secūde ī aliquibus effectibus coo perent deo siue volūtati diuine. tñ illud idem quod ab eis pducit intumius ab ipso deo at tingitur. et pfectus a deo pducit qz ab ipsis secūdis causis. Attingit em a fine vsqz ad finem fortiter. ⁊ disponit omnia suauiter. vt di cit Sap. viij. Sed ptra illā pclusionē vi dent esse due solēnes opinionēs. Quarū vna ponit q deus licet sit causa rerum p intellectū ⁊ voluntatez. tamen immediatius intelligit esse causa p intellectū qz p voluntatē Quod probat sic. Exemplar factiūū immediati us attingit effectū. qz causa que applicat ipm ad effectum. sed idea que se tenet ex parte in tellectus diuini est exemplar factiūū. ⁊ volū tas diuina hmoi exemplar applicat ad effe ctū. ergo ṛc. Maior patet. qz licet imago exi stens in pariete ad cuius similitudinē pictor aliaz depingit imaginē nō se habeat immedi

Ad 2

Instantia

Solutio

Lōcō 2

Solutio

atius ad effectuz depictu quasi manus picto
ris. tamē sigillū cere imp̄ssuz immediatus se
habet ad effectū in cera causatur q̄ manus q̄
imprimū ip̄m. cuius tota ratio est. quia ima/
go parietis nō erat exemplar factiūū respectu
imaginis pictę. sicut imago sculpra in sigillo
est exemplar factiūū respectu imaginis imp̄s/
se ipsi cere. Minor patet fm omēs doctores.

2 P. res opposite modo compantur ad intel
lectum nostrū z ad intellectum diuinū. quia
sciētia intellectus nostrī causat a rebus. sed sci
entia intellectus diuini ē causa rerum. vt ait
cōmentator. xij. metaphice. Sed i nobis p̄/
mo fit motus a rebus ad intellectuz. et medi
ante intellectu ad voluntatem. ergo ecōuerso
fm nostrū modū intelligēdi in diuinis mo/
dus causandi res ē quasi quādā motus a vo/
luntate ad intellectu. deinde ab intellectu ad

3 exteriores existentias rerū. P. illud quo p
ductū assimilaf producēti illo pducēs imme
diatus se habet ad effectū z immediatus p/
ducit. quia vnūquodq; pducit sibi sile inq;
tum potest. Sed creature potissime assimila
tur deo q̄tum ad rationes ideales que perti
nēt ad intellectu diuinū z nō ad voluntatez.
ergo zc. Sed istis nō obstantibus teneo cō
clusionē primā. Et anteq; istī motuis respō
deam: possuz tra hanc opinionē arguere sic

1 Illud cui⁹ actus sic se habet q̄ ip̄o posito omī
no sequit rerum productio: hoc immediat⁹
se habet ad rerū pductiōem q̄ illud cui⁹ actu
posito potest nō sequi rerū pductio. Sed po
sito actu volūtatis diuine. puta q̄ deus velit
creaturā producere. tūc necessario sequit pro/
ductio creature. et posito actu intellectus nō
sequet necessario rerum pductio. Nam deus
multa scit pducere que nunq; producēt. ta
mē omnia que deus vult pducere omīno pro
ducēt. ergo zc. P. in ordinate se habenti/
bus p moduz medij z extremozū plus distat

2 extremū ab extremo q̄ extremū a medio. Sz
in agente libere z a pposito velle est mediū in
ter scire z opari. Et deus in pductione creatu
re agit libere z a pposito. ergo velle suū imme
diat⁹ se habet ad pductionē creature q̄ suū
scire. Maior patet. Probo minorē. patet em̄
q̄ opari est vltimū. z psequēs vnū extremozū
rū. in agēte em̄ a pposito opari p̄supponit vel
le z scire. quocunq; em̄ illozū deficiente illud
nō esset pfecte agens a pposito. sed velle p̄sup
ponit scire. quia bonū cognitū est obiectū vo/
luntatis. ergo patet q̄ velle mediat inter scire

3 z opari. z p consequens habet intentū. P.

qualē ordinē realē habent aliqua in his in q̄/
bus differunt realiter. talem ordinē rationis
habent in his vbi differūt fm rationē. Sed
in nobis actus volūtatis realiter differēs ab
actu intellectus immediati⁹ se habet ad opa/
tionē artis q̄ actus intellectus. vt patet p ari
sto. vi. metaph. z. iij. de anima. Etia Algazel
in metaphica sua tractatu. iij. exp̄sse dicit q̄
volūtas immediatus mouet q̄ intellectus.
ergo in diuis vbi volūtas z intellectus soluz
differūt ratione: volūtas immediatus se ha
bet ad opus productōnis ad extra q̄ intel/
ctus saltē fm rationē. Ad primā illaz rati
onū dicendū q̄ maior nō est vera. q̄ p̄suppo
nit falsum. s. q̄ aliquod exemplar sit factiūū.

Solutio
Ad 1

Nullū em̄ exemplar retinēs rationē exempla
ris est factiūū. Exemplar em̄ est ad quod res
spiciens artifex producit simile sibi. Ad p
bationē dicendū. q̄ cū imprimū sigillū in ce
ram. tunc figura sigillī non se habet vt exem
plar. sed potius se habet vt instrumentū imp̄
mentis. Sicut em̄ mediāte acutie ipsius se/
curis artifex diuidēdo partes cōtinui indu
cit aliquam formā. cui⁹ forme exemplar non
est securis. q̄uis sit instrumentū artificis. sic
cū diuidit cera p impressionē sigillī. sigil
lum nō debet dici exemplar figure in cera. q̄/
uis legitime possit dici instrumentū ipsius
imprimētis. Si em̄ esset exemplar. tūc opoz
teret q̄ sigillatoz faciendo figurā in cera respi
ceret figurā in sigillo. z ad instar sey similitu
dinē sigillī cum aliquo instrumētō sculperet
ipsam cerā. z tūc de plano pateret q̄ sigillum
nō esset factiūū. nec immediatus attingeret
cerā q̄ manus ipsius sculpentis. Lū autē im
punit: tunc cōcedo q̄ sigillū sit factiūū. non
tamē est exemplar. sed est instrumentū. Si
em̄ cecus imp̄meret sigillū. nihil minus ce
ra figuraret. z tamen patet q̄ cecus in tali im
p̄sione nō vteret sigillo tanq; forma exempla
ri. quia nō posset sigillū inspicere. Etia mi
nor nō est vera. quia idea in mente diuina nō
est pprie loquendo factiua. sed ē illud quod
deus aspiciens ad eius similitudinē liberavo
luntate pducit ad extra illud qd creat. Ad

Ad 2

scdaz dicendū q̄ q̄uis res opposito modo se
habeant ad deum z ad nos q̄tum ad ip̄m sci
re. eo q̄ scientia rei cause res. nostra autē cau
set a rebus. tamē supposito ip̄o scire tunc ali
quo mō silt se habet deus ad producendū res
creatas. z nos ad producenduz res artificia
tas. quia vtrobiq; volūtas est hmōi produ
ctorū principiū immediatū siue immediat⁹

quod ipse intellectus. Etiam minor deficit. quia cum bonum cognitum sit obiectum voluntatis. quod actus voluntatis presupponit actum intellectus. sicut in nostris modum cognoscendi. et per hunc talis motus quem isti fingunt in divinis. non potest sic incipere ex parte voluntatis. quod excludat voluntatis immediatam. **Ad 3** quantum ad reprobationem. Ad tertiam dicitur quod maior deficit in naturalibus quam in artificialibus. In naturalibus quod dicitur. quod filius magis assilatur patri quam semini. quod semini semine immediatius se habeat ad generatorem quam ipse pater. Deficit etiam in artificialibus. quod in artificialibus artifex assilatur productum ipsi exemplari. et tamen exemplar non contingit immediate ipsi effectum productum per se loquendo. nisi habuerit per accidens. ut patet ex predictis. **Sed** per predictam conclusionem est alia solennis opinio quam ponit in divinis propter intellectum et voluntatem potentiam executivam qua deus immediate producit omnem illud quod ad extra producit. Sed ne ad primum nimis plene teneatur. ideo recitatur de ratione istius opinionis differo versus ad. viij. dist. secundum librum. ibi intendit tractare de potentia executiva. quam isti doctores ponunt in angelis propter intellectum et voluntatem. et tunc ea que hic omitto plenius recitabo.

Dpi. her. x gau.

Di. xvi. Art. 3

Quantum ad terci

Loco 1

um articulum. verum deus velit mala fieri. scilicet dum quod duplex est malum. scilicet malum culpe. et malum pene. Et sic hoc pono duas conclusiones. Prima est quod deus non vult fieri malum culpe. Quia idem est fieri deo auctore quod deo volente. ut ait Augustinus in libro. lxxxiij. questionum. Sed deo auctore non sunt mala culpe. ut ait ibidem Augustinus. ergo nec deo volente. **P**ro deo non potest esse malus. ergo deus non vult fieri mala. Antecedens patet. quod ipse est essentialiter bonus. Propter quod dixit Christus in evangelio. Nemo bonus nisi solus deus. Probatio contra. quod qui vult malum culpe ille malus est. sed ille qui vult fieri malum culpe ille vult malum culpe. quod a destructione consequens si deus non potest esse malus. sequitur quod non velit fieri aliquod malum culpe.

Dpi. 5 co clusionem

Sed contra illud est quedam opinio quam magister recitat in ista. xvi. dist. quod ponit quod quibus deus non velit mala. tamen ipse vult fieri mala. Quia sicut deus non scit falsum. quod scia verum. et quod non est non contingit scire. ut dicitur. i. posteriorum. tamen ipse scit aliqua esse falsa. quod aliqua esse falsa est verum. sic deus non vult malum. quod non potest velle nisi bonum. tamen ipse vult esse malum seu fieri malum. quod esse malum seu fieri malum est

bonum. quia est occasio multorum bonorum. **P**ro potest illa opinio confirmari sic. Aliqua mala sunt. quod deus vult fieri mala. Antecedens patet. quod multa mala contingunt. Consequentia probatur. quod cum dei voluntas sit omnipotens. igitur impossibile est fieri illud quod deus non vult fieri. **P**ro sapiens volens aliquid quod vult omnem illud sine quo illud quod vult nullatenus esse potest. sed deus quod est sapientissimus vult scire omnia mala pati ab adversariis. quod passio cum sit illatio actus nullo modo potest esse sine mala actione adversariorum. **S**ed deus vel deus vult mala fieri. vel non vult mala fieri. illa patet. quod deus quod est liber a firmatio vel negatio. ut dicitur. iij. meth. Si vult tunc habet oppositum. si non vult. tunc voluntas dei non est omnipotens. quod multa fierent contra eam et factio prederet quod ipsa dei voluntas non impediret. **P**ro brutus Augustinus in enchiridion. dicit. Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit. sed multa mala quotidie fiunt. **S**ed deus vel deus vult mala fieri. vel deus vult mala non fieri. **S**ed dari non potest. quod nihil potest fieri deo nolente. iuxta illud Nestor. xij. Dne in dicatione tua cuncta sunt posita. et non est quod tue possit resistere voluntati. **S**ed dabitur primum. et habet oppositum. Sed illa non concluditur. Quod omnis voluntas ordinata et virtuosa. aut volendo vult finem. aut ea que sunt ad finem. sed voluntas dei est ordinatissima et virtuosissima. et malum culpe nec potest habere rationem finis. nec eorum que sunt ad finem. **S**ed deus. **M**aior patet ex pluribus locis libri ethicorum. **M**inor patet quantum ad primum sui pre. Sed quantum ad secundam partem potest probari sic. Finis et optimum sunt idem. ut dicitur. ij. ethicorum. et v. meth. sed malum culpe non est optimum. ut patet de se. **S**ed non potest habere rationem finis. Item devotio a fine non habet rationem eorum que sunt ad finem. Sed malum culpe est quedam devotio a fine. **P**ro nullus vult malum nisi aliquid errore deceptus apprehendat ipsum sub aliquid specie vel apparitione boni. sed deus non potest decipi. **M**aior patet per Dionysium. i. de divinis nominibus. ubi ait. quod nullum agens aspiciens ad malum agit quod agit. **M**inor sicut patet. quod deus est sapientissime. **P**ro si deus vellet fieri mala. tunc non esset beatus sed miser. **M**aior est falsum. **S**ed et antecedens. **F**alsitas contra patet. **P**robatio contra. quod ille est miser qui vult aliquid fieri quod ipse facere non potest. nec finem rectam rationem fieri potest. sed deus non potest facere peccatum. nec potest fieri peccatum finem rectam rationem. **S**ed deus. **A**d primum quod est in huius dicitur quod non est sicut de falso et de malo culpe. quod falsum esse est verum. sed malum esse vel fieri non est bonum. **A**d probationem dicitur. quod sicut non omnis occasio mali est mala. sic non omnis occasio boni est bona. **A**d secundum dicitur quod contra non est vera. **A**d probationem dicitur quod si deus non vult accipere per simplicem negationem volu

Ltra opt nona

Solutio Ad 1

Ad 2

hōis. tūc pōt de multa nō velle q̄ tū nō sūt
volūtate ei. Quis sint pter volūtate eius. et p
pns talia nec sūt volita nec nolita. Quis pol/
sint dici pmissa. Ad terciū nego maiore. nō
em̄ optet ip̄ eē volitū a teo sine q̄ nō pōt esse il
lud qd̄ vult deus. qz̄ sufficit q̄ sit pmissū vel p
potētiā dei nō p̄hibiti. Quis lege diuina sit p/
hibiti. Forte dicit q̄ pmissio sit signū vo
lūtatis. sicut p̄ p̄ mgr̄m in lra. q̄ pmissioz̄ vo
cat voluntate signi. i. signū volūtatis. Sed
de nō p̄t ostēdere falsum signū. cū sit oino ve
raz. q̄ qd̄ deus p̄mittit hoc videt velle. Rū
teo q̄ pmissio pp̄ue loquēdo nō ē signūz̄ vo
lūtatis diuine que sit de malo fiēdo. sed est si/
gnū volūtatis de bono ordinādo ex ipsis mal
Et illa ē intērio. b. Aug. in ench. vbi ait. q̄ oī
potēs deus nō p̄mitteret fieri aliqd̄ malū nisi
adeo eēt oīpotēs q̄ sciret de mal̄ elicere bonuz̄.
Ad q̄rtū dōz̄ cū dicit. vel de vult fieri ma
lū vel nō vult. hic ē aduertēdū q̄ ly non vult
vel accipit diuisim p̄ duabz̄ p̄tibz̄ orōnis.
puta vt non ē aduerbiū negadi. z̄ vult ē ver/
bū tercię p̄sone istius s̄bi volo vis. aut acci/
pit̄ iūctum seu p̄p̄ite p̄ vna pte orōis. grā/
matice loq̄ndo de p̄tibz̄ orōis. puta put ē ver
bū tercię p̄sone dēscēdēs a nolo qd̄ i lēda p̄so/
na habet nō vis. z̄ terciā p̄sona hz̄ non vult.
Primo mō ly non vult ē sim̄p̄lex negatio vo
lūtōis. Scdo mō non ē negatio volūtōis. s̄z̄ ē
volitio negatiōis. Primo mō vult z̄ nō vult
opponūt̄ d̄dictōrie. Scdo mō opponūt̄ q̄i
rie. Pr̄io igr̄ mō accipēdo h̄ e vera. de n̄ vult
mala fieri. qz̄ ad v̄itatē illi p̄p̄ōnis sufficit q̄
malū fiat p̄ter volūtate diuina. S̄z̄ scdo modo
n̄ ē vera. qz̄ tūc eēt sensus q̄ fieret̄ z̄ voluntatē
diuinā. puta n̄ solū teo n̄ volēte sed fieret etiā
teo nolēte. Ad q̄ntū dōm̄ q̄ sicut p̄z̄ p̄ ma
gistr̄. dist. xlv. volūtas dei q̄nqz̄ accipit̄ pp̄ue
z̄ sic dicit̄ volūtas b̄n̄ placiti. z̄ hec volūtas est
vna t̄m̄. sicut ē vnus de⁹. Et de hac voluntate
dictū est sup̄ius q̄ p̄tra eā nihil p̄t fieri. Quis
pter eā multa petā fiant. Quis s̄o accipit̄ lar
ge z̄ q̄ si methaphorice. z̄ sic q̄nqz̄ modis acci
pit̄ volūtas dei. p̄pter qd̄ sc̄ptura q̄nqz̄ loqui
tur pluralit̄r volūtate dei. iuxta illd̄ ps̄. Ma
gna opa d̄ni ex̄q̄sita in oēs voluntates ei⁹. Et
sic appellat̄ volūtas signi. iuxta q̄nqz̄ q̄ vidē/
tur eē signa diuine voluntatis. s̄. p̄ceptio. p̄hi
bitio. p̄siliū. p̄missio z̄ op̄atio. q̄ alio nomie di
cit̄ impletio. Et illa q̄nqz̄ q̄ voluerit p̄t comp
hēdere hoc versiculo. Precipit̄ z̄ prohibet. p̄/
mittit. p̄silit. implet. Pro p̄cepto et consilio
accipit̄ volūtas Mat̄. vi. cū dicit̄ teo patri

fiat volūtas tua sicut i celo z̄ i terra. Et istia
duobz̄ modis multa fiūt non solū p̄ter volū
tatē dei. verum etiā p̄tra voluntatē dei. Et f̄m̄
istū intellectū ait Aug. in libro de spū et lra.
Infideles z̄ dei voluntatē faciūt cū eius euā
gelio non credāt. Sed pro p̄missione z̄ opa
tione accipit̄ in p̄posito ab Aug. cū ait. Non
fit aliqd̄ nisi oīpotēs deus fieri velit. qz̄ post
hec s̄ba subdit Aug. imediate. vel sinēdo ve
fiat. vel ipse faciēdo. vbi p̄ hoc q̄ dicit̄ sinēdo
tangit̄ p̄missionē q̄ est signū volūtatis diuine
respectu maloꝝ modo quo sup̄ius dictū est.
p̄ hoc q̄ dicit̄. vel ipse faciēdo. tāglt̄ signū vo
lūtatis diuine quod ē impletio seu op̄atio.
Et p̄ hoc etiā p̄z̄ ad argumētū. qz̄ Aug. i
ibi non loquit̄ pale de voluntate b̄n̄ placiti. q̄
ē volūtas pp̄ue dicta. te q̄ loquit̄ illa opinio
falsa p̄ qua induxi p̄dictas ratiōes. Ad se
xtū dicendū. q̄ neutra illaz̄ p̄positiōnū ē de
dēda ncc̄io. Quia pōt̄ p̄cedi media. s̄. hec. de⁹
non vult mala fieri. Forte dicit̄. fieri z̄ non
fieri sūt d̄dictōria. s̄z̄ inter d̄dictōria nō est da
re mediū. Respondeo q̄ licet malū fieri z̄ ma
lū non fieri sint p̄radictōria. tamē h̄e due. de
us vult malū fieri. z̄ deus vult malū non fie
ri. non sūt p̄radictōria. eo q̄ hoc verbū vult.
quod ē p̄dicatū i vtraz̄ p̄positione vtrōbiqz̄
accipit̄ affirmatiue. In p̄radictōrijs autē p̄
pōnibz̄ p̄dicatū affirmatū i vna debet negari
in alia. ideo dādo mediū inter p̄dictas duas
p̄positiones non dāt̄ mediū inter p̄radictō
ria. Scda conclusio. Deus vult malū pene. Cōdo z̄
Quia illud quod habet ratiōz̄ boni hoc vult
deus. sed malū pene est bonū. z̄ h̄z̄ ratiōe bo
ni. ergo z̄c. Maior p̄z̄. qz̄ deus vult omne bo
nū. Probatio minoris. qz̄ correctio mali ha
bet ratiōe boni. sed malū pene debite inflicti
ē correctio mali. q̄ z̄c.

Quantuz ad quar

tū articulū. vtz̄ bonū sit mala fieri. pono du/
as conclusiones p̄formiter ad p̄cedētia dicta in
tercio articulo. Prima ē q̄ malū culpe fie
ri non ē bonū. Quia illud qd̄ non ē bonū illi
us vsus z̄ generatio non ē bona. illa patet. q̄a
cui⁹ vsus ē bonus z̄ cui⁹ generatio ē bona ipsū
quoz̄ est bonū. vt patz̄. iij. topicoz̄. q̄ a destru
ctione p̄sequētis. qd̄ non ē bonū illius vsus et
generatio non ē bona. Sed malū culpe non ē
bonū. vt de se patet. qz̄ ipsum est p̄nuatio bo
ni. ergo malū fieri quod ē vsus vel generatio
